PECCATRIX.— 64. 22 : quia posse corpus confitentur occidi qui peccatricem animam gehenna mancipari.— Claud. Mamert. ap. C. S. E. XI. p. 179. 22.— Opt. Milev. ibid. XXVI. p. 9. 19.— Faust. Reien. ibid. XXI. p. 269. 7.

PERLATRIX.— 17. 29 : idoneae tamen perlatricis viaticum praegravavi. cf. 32. 20 : perlatrices litteras prorogavi.

β. QUAE PRIMUM LEGUNTUR :

APUD ENNODIUM	APUD HIERONYMUM[1]	
adnuntiatrix	apostatrix	illuminatrix
perlatrix	apparatrix	incentrix
	commoratrix	insultatrix
	demonstratrix	iurgatrix
	distributrix	lamentatrix
	exasperatrix	negotiatrix
	fusitrix	receptatrix

[1] cf. H. Goelzer, op. cit. p. 14.

Ad rem quidem pertinet ut verba Goelzer pensemus:[1] "Le mot apostatrix offre un exemple de derivation bien plus irrationnelle: c'est un véritable hybride."

II. DE NOMINIBUS -O FINITIS.

a. QUAE AB USU OPTIMORUM SCRIPTORUM RECEDUNT:

ASELLIO.—(ἅπ. εἰρ.) 135, carm. 2. 24 ap. tit.: Versus de eo qui dicebatur meretricis filius et asellionis esse.—Anon. Praedest. haer. (Migne, L. P. 53, 610) 1. 69.—cf. Ihm ap. Woelffl. Arch. f. Lat. Lexicogr. V. p. 62.—cf. Thesaur. Ling. Lat. s. v. Asellio, i. q. asinarius.—cf. H. Nettleship, Contrib. to Lat. Lexicogr. s. v.

GLUTTO.—160. carm. 2. 68 ap. tit: De quodam gluttone . . . —Pers. Sat. 5. 112.

β. QUAE PRIMUM LEGUNTUR:

APUD ENNODIUM	APUD HIERONYMUM[2]
	illuvio (ex illuo)

Est autem observandum Ennodium semper uti inluvies[3] pro Hieronymi illuvio atque susurrator[4] pro illius susurro.[5]

(B) NOMINA INSTRUMENTI VEL LOCI.

I.—DE NOMINIBUS *-BRUM*, *-CULUM* FINITIS.

Hic quidem agitur de nominibus neutri generis quibus instrumentum vel locus quo aliquid efficitur,

[1] cf. H Goelzer, op. cit. p. 55.
[2] cf. H Goelzer, op. cit. p. 14.
[3] cf. Ennod. p. 101. 4.
[4] cf. Ennod p. 198. 29.
[5] cf. H Goelzer, op. cit. p. 44.

significatur:[1] e. g. vĕhĭ -clum (vel vĕhĭ -culum) designat id quo quis vehitur; pō -culum, id ex quo potatur. Apud Latinos vero terminatio -bŭlum eodem fere munere fungitur ac -clum et -culum, ut: sta -bulum, quo locus ad standum aptus indicatur. Lapsis autem temporibus, littera l in litteram r mutata, terminatio -clum in -crum transiit et terminatio -blum, in -brum, puta:[2] ambŭlā-crum, locus ad ambulandum idoneus. cf. Lat. fer-culu-m: Gr. φέρε-τρον, φέρ-τρον: cf. Skr. bharí-tra-m. cf. Lat. vehi-culu-m et Skr. vahí-tra-m. cf. Gr. χύ-τρα et Skr. hō-trā.[3]

α. QUAE AB USU OPTIMORUM SCRIPTORUM RECEDUNT:

VENTILABRUM.—65. 5: de quibus nihil lucri ventilabra reperiunt igni debita incendioque peritura.—Columel. De Re Rust. II. 10. 14.—Vulg. Matt. 3. 12.—Cassian. ap. C. S. E. XVII. c. Nest. VII. 1. 4.—Avit. ap. M. G. H. 6. p. 48. 12.

HABITACULUM.—7. 10: qui de ferarum cubilibus et bubonum habitaculis ad fora nos revocas.—Aul. Gell. 5. 14. 21.—Pallad. I. 23.—Opt. Milev. ap. C. S. E. XXVI. p. 111. 1.

OBSTACULUM.—3. 5: sed. remotis dicendi obstaculis.—Sen. Q. N. 2. 52. 1.—Amm. Marc. 21. 10.

SIGNACULUM.—110. 22: tempus est . . . quo consecrationem impleat fides lympha signaculum.—

[1] cf. Lindsay, Lat. Lang. ch. V. 21. p. 332.

[2] cf. Lindsay, op. cit. ch. V. 21. p. 332.

[3] cf. Brugmann, Grundriss, II. 1. 62. p. 112 sq.—cf. S. Bugge ap. Kuhn's Ztschr. XX. p. 134 sq.

Apul. Flor. II. 9. 2.— Cypr. ap. C. S. E. ed. Htl. p. 785. 5.

β. QUAE PRIMUM LEGUNTUR :

APUD ENNODIUM	APUD HIERONYMUM
	obumbraculum [1]

II.—DE NOMINIBUS -*ORIUM* FINITIS.

His etiam nominibus instrumentum vel locus designatur, ut : Lat. audī-torium, locus ad audiendum aptus ; scalp'-torium (Mart. Epig. XIV. 83. in lemm.) instrumentum ad scalpendum idoneum :[2] cf. Gr. *καυσ-τήριον*,[3] instrumentum aptum ad urendum. cf. Gr. *ἐργασ-τήριον*.

α. QUAE AB USU OPTIMORUM SCRIPTORUM RECEDUNT:

AUDITORIUM.— 6. (Dict. 7. ap. tit.): In dedicatione auditorii. cf. 6. 4.—Quint. Inst. 2. 11. 3.—Tac. Orat. 9. 18.

MISSORIUM.—134 (carm. 2. 18 ap. tit.): versus in missorio quod habet loricatum iuvenem super equum tenentem Victoriam in manu. cf. 169 (carm. 2.92 ap. tit.): In missorio ubi imago ipsius est. cf. Isidor. Orig. XX. 4. 10, ubi missorium inter vasa escaria

[1] cf. H. Goelzer, op. cit. p. 91. s. v. obumbraculum: "je ne crois pas avoir rencontré cette forme dans les oeuvres de Saint Jérôme." Iamvero reipsa invenitur apud opus Hieronymi inscript. Adv. Jovin. I. 39 in citat. ex St. Jacobi Epist. desumpt.: "apud quem non est differentia, aut aversionis obumbraculum." cf. Vulg. Jacob. 1. 17, ubi obumbratio legitur.—Aug. Serm. 153. 14.

[2] cf. Lindsay, op. cit. ch. V. 4. p. 321.

[3] cf. Brugmann, Grundriss, II. 1. 150 p. 432.

numeratur.—cf. Venant. Fort. Vit. S. German. XIII. (43): "incidens aurata missoria, argentea vasa comminuens."—Not. Tir. 23.43 (cit. ap. Woelff. Arch. f. Lat. Lexicogr. IX. p. 239).—cf. Ph. Thielmann ap. Woelff. Arch. f. Lat. Lex. I. p. 75.

PETITORIUM.—131. 26 (Opusc. 8 ap. tit.): Petitorium quo absolutus est Gerontius. cf. 132.9: per praesens petitorium a beatitudine vestra Romanae deprecor civitatis gaudere consortio.—Gelas. ap. C. S. E. XXXV. p. 476, 16, 17, 19, 21.—cf. Id. Fragm. 3 et 15 ed. Thiel.—Cod. Theod. 10. 10. 29.

β. QUAE PRIMUM LEGUNTUR:

APUD ENNODIUM.	APUD HIERONYMUM.[1]
locutorium	mutatorium
meditatorium	speculatorium
sufflatorium	suffusorium

III. DE NOMINIBUS *-MEN, MENTUM* FINITIS.

Quae quidem -mentum terminantur ad sermonem pertinent solutum: quae vero -men finiuntur, ad artem poeticam. Ex una parte igitur cum terminatione -mentum (pl. -menta) conferenda est apud Graecos terminatio *-ματα*, ut: Gr. *στρώματα*: Lat. strāmenta.—cf. Skr. syū-man: Gr. *χασσύματα*: Lat. assūmen-tu-m[2]. Ex altera parte autem cum terminatione -men conferenda est apud Skr. terminatio -man et terminatio *-μα* apud Graecos, puta:[3] Gr. *τέρ-μα*

[1]cf. H. Goelzer, op. cit. p. 14.—cf. C. Paucker, De Latin. B. Hieron. p. 47.

[2]cf. Lindsay, Lat. Lang. ch. V. 27. p. 335.

[3]cf. Brugmann, Grundriss, II. 1. 117 pp. 344, 345, 349 sq.

et Lat. ter-men: cf. Skr. áj-man et Lat. āgmen pro *ag-men.—cf. Skr. ōj-man et Lat. aug-men.—cf. Skr. nā-ma: Gr. ὄνο-μα: Lat. nō-men.

a. QUAE AB USU OPTIMORUM SCRIPTORUM RECEDUNT:

IUVAMEN.—69. 29: quid enim praestes iuvaminis illi . . . ?—Salvian. ap. C. S. E. VIII., I. 5.

LIBAMEN.—19. 30: Christi nostri libamina infucata simplicitate conplentur.—Ovid. Fast. 3. 733. Avit. ap. M. G. H. 6. p. 105. 9.—Vulg. Deut. 32. 38.

MODERAMEN.—247. 32: requirens quo esset rotanda lux adtributa moderamine.—Ovid. Met. 15. 726.—Avit. ap. M. G. H. 6. p. 102. 2.—Cod. Theod. 11. 30. 64.

PRAESEGMEN.—2.5: cum in blandam lucem novelli praesegmenis comae explicantur arboreae.—cf. Plaut. Aul. 2. 4. 34.—Apul. Met. II. 34.

REGIMEN.—59. 19: puppis, cuius magister ad clavi regimen intellectus dote praeparatur.—Tac. Ann. 13. 3 fin.

SOLAMEN.—111. 3: nisi ad illud unicum solamen absentium . . . concurrerem—Paul. Nol. ap. C. S. E. XXX. carm. XVI. 195.—Val. Flac. 3. 319.—Symm. ap. M. G. H. 6. p. 145. 8; 152. 3.

VELAMEN.—47. 34: nam dum conpositum velamen occupationis locuples lingua transgreditur.—Tac. Ger. 17.—Juven. Sat. 3. 178.

FIGMENTUM.—2. 41: quotiens in damno bonae opinionis servitii sui te credidit figmenta suscipere . . . cf. 12.25: caligo figmenti.—Aul. Gell. 20. 9. 1. Vulg. Isa. 29. 16.

INDUMENTUM.—10.26 ut piscis aqua abstractus vitalibus indumentis privatus extinguitur . . . — Aul. Gell. 16. 19. 12.—Lact. Div. Inst. IV. 17. 19.

β. QUAE PRIMUM LEGUNTUR.

APUD ENNODIUM | APUD HIERONYMUM[1]

alliamentum: cf. alliatum, Plaut. Mos. I. 1. 45.

(C) NOMINA ABSTRACTA.

A. NOMINA GENERIS MASCULINI.

I. DE NOMINIBUS -*OR* FINITIS.

α. QUAE AB USU OPTIMORUM SCRIPTORUM RECEDUNT:

RANCOR (translate).—197.8: ne grandiorem generet confabulatio producta rancorem.—Pallad. I. 20; XI. 10.

II.—DE NOMINIBUS -*TUS* (-*SUS*) FINITIS.

Imprimis autem notetur oportet Supinum apud Latinos -tu-m finitum, ex quo nomina -tus (-sus) terminata derivantur, nihil aliud esse quam casum accusativum post verba quae motionem indicant.[2] Idem est igitur ac Infinitivum apud linguam Sanskriticam, ut: Lat. vīsum it et Skr. vēttum ēti.—cf. Lat. cubitum it et Skr. hōtum ēti.[3]—cf. Lat. vomi-tus et Skr. (infin.) vámī-tu-m.—cf. Lat. adv-en-tus (sup. ven-tu-m) et Skr. gán-tu-s (infin. gán-tu-m.). cf. Lat.

---

[1] cf. H. Goelzer, op. cit. p. 14.

[2] cf. Lindsay, Lat. Lang. ch. V. 47 p. 343.

[3] cf. Brugmann, Grundriss, II. 1, 108 pp. 304, 305, 308 sq.—cf. Th. Benfey, Kuhn's Ztschr. II. p. 215 sq.

ēsus (ex ēdo) et Skr. attu-š; vīsus et Skr. vēdī-tu-m [1]

a. QUAE AB USU OPTIMORUM SCRIPTORUM RECEDUNT:

ADNISUS.— 192. 27: deflent praemia sua, quae adnisu roboris exegerunt.— Ps. Gelas. Pap. concil. Rom. II (Migne 59, 187, 188.)— Anast. Pap. epist. (Migne 84, 812) n. VIII.—Symm. epist. 5. 75.

ADTRITUS.— 113. 14: sermo . . . nullo splendescens dictionis adtritu.

BALATUS.— 3. 30: ad boni pastoris praesentiam undique fatigatis balatu nemoribus greges occurrere.

CONFLATUS.— (ἅπ. εἰρ.) 12. 8: nec bonorum facem meritorum maledicentis credendum est extingui posse conflatu.

INDULTUS.— 102. 23: precor tamen, ut indultu clementiae tuae . . . —cf. 107. 10,— principis.— Cod. Theod. 3. 10. 1.

INVENTUS.— 55. 10: hoc etiam novo adversus nos subdidistis inventu.

LATRATUS.— 49. 9: his ergo ita se habentibus causam narrationis insinuo et coactam vocem pravorum latratu religiosis mentibus commendo.

MEATUS.— 94. 25: nec si mihi centum linguarum fluminibus per meatus inriguos verba fundantur.— Tac. Hist. I. 62. 14.

OBTENTUS.— 304. 5: quantum femineae imbecillitatis sequi videtur obtentu.— cf. Cod. Theod. 13. 5. 32.

---

[1] cf. Kuehner, Ausfuehr. Gram. d. Lat. Spr. I. 220 (1) p. 652.

OSTENTUS.— 1. 8 : non adscribi cupido affectatae devotionis ostentui.— Tac. Ann. 1. 29. 15.— Gell. 20. 1. 48.

PRECATUS.— 19. 35 : et sacerdos meritis par prophetae est, ad cuius precatum fluenta siccentur.

PROFECTUS.—3. 34 : cernere erat omnia ad latiorem profectum bonis successibus invitari.— Suet. Ner. 20. 7.— Quint. Inst. 10. 3. 2.

PRURITUS.—52. 12: facessat a nobis qui in vobis est pruritus iste linguarum.—cf. 302.20: pruritu aurium.

SUFFECTUS.—(ἅπ. εἰρ.) 7. 20: multiplicate suffectu scientiae parentum titulos.

β. QUAE PRIMUM LEGUNTUR:

APUD ENNODIUM	APUD HIERONYMUM[1]
conflatus	extensus
suffectus	vociductus

B. NOMINA GENERIS FEMININI.

I. DE NOMINIBUS *-TIO* (*-SIO*) FINITIS.

Nomina quidem huiusmodi eodem quo modo nomina -tus finita ex Supinis derivantur.—cf. Lat. iunc-tiō: Gr. ζεῦξις: Skr. yuk-ti-š.—cf. Lat. fissiō: Skr. bhittí-š. cf. Lat. lec-tiō: Gr. λέξις[2]. cf. Lat. dictiō: Skr. di-šti: Gr. δεῖξις cf. Lat. nō-tiō pro *gnō-tiō: Skr. jñati-š. cf. Lat.—ven-tiō: Gr. βάσις: Skr. gáti-š[3].

[1] cf. H. Goelzer, op. cit. p. 14.
[2] cf. Brugmann, Grundriss, II. 1. 100 pp. 283 sq.
[3] cf. Lindsay, Lat. Lang. ch. V. 44. p. 341.

a. QUAE AB USU OPTIMORUM SCRIPTORUM RECEDUNT:

ABITIO.—211. 27 (i. q. fuga): quid strages militum revolvam et Sabiniani ducis abitionem turpissimam . . . ? Plaut. Rud. 503.—Ter. Heaut. 190.—Symm. epist. I. 90. 1.

ABIURATIO.—(ἄπ. εἰρ.) 155. 1: ne potioris dignatio ad paenitentiam redeat de abiuratione fastidii.—cf. Anon. de Prosp. ex. Manich., Migne, L. P. 65. 26. —cf. Woelffl. Arch. f. Lat. Lexicogr. IV. p. 305. 6 —cf. Isid. Orig. V. 26. "Infitiatio est negatio debitae rei cum a creditore deposcitur: idem et abiuratio."

ADFLICTIO.—1.30: et simulacrum maeroris occultare quod gaudeas et adflictionis imitatio vocem in laetitia non habere.—Vict. Vit. ap. C. S. E. VII., I. 44.—Avit. ap. M. G. H. 6. p. 16. 39.

ADINVENTIO.—184. 14: prima est malorum tuorum adinventio. . . . —Avit. ap. M. G. H. 6. p. 13. 24. —cf. Thesaur. Ling. Lat. s. v.

ADITIO (i. q. visitatio).—315. 8: si matronarum delectat aditio.—cf. Thesaur. Ling. Lat. s. v.

ADIUDICATIO.—(i. q. condemnatio.) 58. 30: qualis habuit effici ex censura convictus, in quo causam adiudicatio praecedebat?—cf. Thesaur. Ling. Lat. s. v.

ADLOCUTIO.—65. 10: usus est multa peccantium stricta adlocutione non corrigi.—Sen. Dial. VI. I. 6.; XII. I. 3.—Vulg. Sap. 3. 18.

ADNUNTIATIO.—(i. q. praedictio) 197. 29: per negotia novella cana poetarum reparatur adnuntiatio:

—Lact. Epit. 68. (73) 1.—Ambr. Offic. I . 2. 6.—Aug. epist. 55. 6. 10.

ADSERTIO.—8. 12: declamationum pompam refuga laudis poscit adsertio.—cf. Thesaur. Ling. Lat. s. v.

ADTESTATIO.—17. 8: haec mentior nisi impugnatoris mei adtestatione constiterint.—Macrob. Somn. Scip. 2. 9. 7.—Cod. Theod. 6. 27. 19.—Vulg. Gen. 43. 3.

ADTRECTATIO.—210. 40: per foederati Mundonis adtrectationem Graecia est professa discordiam.—Aul. Gell. 11. 18. 23.—Quint. Inst. 1. 4. 10.—Arnob. ap. C. S. E. IV. p. 60. 1.

ALUCINATIO.—71. 20: ut alucinationis nostrae concinnatio non inhumana videatur.—Sen. Vit. Beat. 26. 6.

BENEDICTIO.—53. 3: quis rogo vestrum Symmacho benedictionem . . . eripuit? — Tert. De Testim. Anim. 2.—Caes. Arelat. Homil V. a.—Ambros. De Off. I. c. 35.—Priscill. ap. C. S. E. XVIII. p. 99. 1.

CIRCUMCISIO. 38. 25: circumcisionis secretum et quae profeticis mysteriis includuntur.—Filastr. ap. C. S. E. XXXVIII. p. 148. 9. (bis).—Cypr. ap. C. S. E. ed. Htl. p. 595. 9.

COCTIO (i. q. ardor, ustio. cf. Vog. Ind. s. v.).—301. 30: per aditus naturales coctio se interna reserabat.—Cassian. ap. C. S. E. XVII. Inst. IV. c. 20. 22.—Cassiod. ap. M. G. H. 12. p. 213. 13.

CONCINNATIO.—67. 23: quis ante concinnationem mali huius, qui essetis, agnovit?—Auson. epist. 17.

CONEXIO.—81. 32: quos mens mea pro conexione caritatis nunquam sentit absentes.—Quint. Inst. 5. 14. 6.

CONFABULATIO.—75. 3: ministra affectionis est epistularis confabulatio.—Cassian. ap. C. S. E. XVII. Inst. II. 16.- -Ambr. De Off. I. c. 22.—Symm. ap. M. G. H. 6. epist. 9. 84.—Cassiod. ap. M. G. H. 12. p. 38. 26.—Caes. Arelat. epist. II.

CONFLICTATIO.— 103. 33 : in qua conflictatione sic bravium victor accipiet.— Quint. Inst. 3. 8. 29. Aul. Gell. 15. 18. 3.

CONFRACTIO.—(ἀπ. εἰρ.) 280. 18 : nihil valitudini meae de itineris confractione indico decessisse.— Vulg. Isa. 24. 19.; Id. Ps. 105. 23.

CONMEATIO.— 103. 11 : causam conmeationis inquirit. 228. 8 : quorum conmeationem vos ignorasse non credidi.— Cassiod. Expos. in Psl. 88. 15. (Migne 70, 633.)

CONPUNCTIO.— (i. q. dolor) 146. 3 : sufficit ex conpunctione defluens imber oculorum.— Salvian. ap. C. S. E. VIII., de gub. Dei, V. 29.— Sulp. Sev. ibid. I. Append. II. 19.

CONSUMMATIO.— 90. 16 : ad consummationem mystici operis.— Oros. ap. C. S. E. V., Hist. II. 6. 10.— Cassian. ap. C. S. E. XVII. c. Nest. VII. 13. 3.— Priscill. ibid. XVIII. p. 10. 12.

CONTRITIO.—(proprie) 189. 16 : ingrediens contritione vastavit.— 300. 26 : quod terrena in contritione anima convalescat.

DECEPTIO.— 16. 10 : quis ferat decorum gurgitem sub hac deceptione fallentem ? — Aug. Conf. 8. 2.— Aug. De Civ. Dei, 22. 22.— Cod. Theod. 16. 10. 20. — Cassiod. ap. M. G. H. 12. p. 126. 5.

DEFRAUDATIO.— 53. 40 : ad defraudationem genii. — Tert. De Anima 43.

DEPRAEDATIO.— 78. 9 : quotiens . . per depraedationem lascivi pollicis radice viduantur.— Vulg. Judith. 10, 12.— Lact. Epit. 66. 2.

DESOLATIO.— 303. 17 : pene ante agnitionem desolationis meae.— Vulg. Baruch.4. 33.— Hilar. in Psl. 58. 7.— Valer. Episc. (Migne 52) Hom. VIII.

DEVINCTIO.—(i. q. amicitia, amor, cf. Vog. Ind. s. v.) 83. 13 : diligentia mutuae devinctionis.— Tert. De Spect. 2 (15).

DICTATIO.— 305. 23 : ut nunquam scholasticorum indociles conpositiones sanctis dictationibus misceatis. — Sidon. ap. M. G. H. 8. p. 158. 2.— Cassiod. ibid. 12. p. 327. 1.—Vigil. constit. ap. C. S. E. XXXV. p. 305. 27.

DILECTIO.—(i. q. amor) 38. 33 : penetralibus cordis infixa dilectio.—Ambr. De Off. II. 7.— Paul. Petricor. Vit. Mart. I. 55.

DIFFUSIO.— 103. 2: patria ubique, ubique opulenta diffusio.—Sen. Vit. Beat. 4. 5.

DISCISSIO.— 298. 14 : vere dicerem, si doleret ista discissio.— Oros. ap. C. S. E. V., Hist. VII. 42. 16. —Epist. Pap. Anast. (Migne 84, 807).

DISCRETIO.— 239. 37 : per discretionem vestram non est condicio una sapiendi.— Oros. ap. C. S. E.V., Hist. IV. 12. 12.— Sidon. ap. M. G. H. 8. 121. 12. Ruric. ibid. p. 319. 29.—Vulg. I. Cor. 12. 10.

DISCURSIO.— 3. 25 : tunc cum error in domibus et per dulcia cubiculorum limina confusa discursio.— Amm. Marc. 15. 4. circa fin.; Id. 31. 9. 2.

DISCUSSIO.— 49. 27 : sine lectionis discussione.— Vict. Vit. ap. C. S. E. VII., I. 48.—Macrob. Somn. Scip. I. 16. 8.— Symm. ap. M. G. H. 6. epist. 5. 76.

DISPOSITIO.— 168. 25 : dispositionis nostrae itinera noctium dirigantur indiciis.— Oros. ap. C. S. E. V., Hist. III. 14. 3.—Filastr. ibid. XXXVIII. p. 86. 1. — Sidon. ap. M. G. H. 8. p. 44. 20.

DISTRICTIO.— 63. 14 : ego si quid dulcedinis ut pater debui, si quid districtionis ut adtributus a deo magister implevi.—Salvian. ap. C. S. E. VIII., de gub. Dei, VI. 3.— Caes. Arelat. Homil. X. et XI. —Cassiod. ap. M. G. H. 12. p. 12. 31.

DIVULSIO.— 62. 14: et divulsione ecclesiastici gregis novis me et post carnem passionibus subiugatis? —Paul Non. ap. C. S. E. XXIX. p. 37. 20.— Sen. ep. (IV) 99. 15.

EDITIO.— (i. q. partus) 72. 34: ne . . . ante editionis tempus divini seminis ab aliquorum utero partus excutiat.—Plin. epist. 2. 10. 6.—Vict. Vit. ap. C. S. E. VII., II. 78.

ELUCUBRATIO.—(ἅπ. εἰρ.) 239. 13 : per cursus elucubrationis traditae.—Ps. Hier. ad am. aegr., epist. II. c. 24 fin.—Concil. Tolet. (Migne L. P. 84) 16. n. 557-8.

ERECTIO.— 192. 17: . . . privatae abiuratorem dulcedinis inmoderata nuntiaret erectio.—Vitruv. 10. 5 : Id. 8 praef.—Vulg. Num. 10. 21.

EVECTIO.— 316. 27: ergo decuit evectionem meriti vestri instabili mihi esse rumore conpertam.—Vict. Vit. ap. C. S. E. VII. III. 29.—Petricor. ibid. XVI. Vit. Mart. IV. 239.— Symm. epist. 4. 6.— Cod. Theod. 12. 12. 9.

EVISCERATIO.—(ἅπ. εἰρ.) 168. 11: nec dura castimoniae obscenitatis evisceratione mollire.

EVOCATIO.— 50. 28 : ex praeceptis regiis evoca-

tionis causam fuisse iam cognitam . . . —Paul. Nol. ap. C. S. E. XXIX. p. 86. 21.—Plin. N. H. 30. 2.

EXHIBITIO.— 106. 37: in relatione gratiarum aut in exhibitione munerum.—Aul. Gell. 14. 2. 7.—Priscill. ap. C. S. E. XVIII. p. 126. 1.—Tert, Idol.6.

EXULATIO.—(i. q. exsilium) 29. 7: iuvat tunc exulationis (V) comitem fistulam labiis admovere.—Flor. I. 22. 3.

FORMATIO.— 312. 25: ex variis gemmis una diadematis solet constare formatio.—Sen. epist. VIII. (117) 19.—Vitruv. lib. II. praef. med.

FORNICATIO.—62. 21: qui fornicationis officiis urguet adulteria.—Tert. De Pudic. I.—Caes. Arelat. Serm. ad Sanctimoniales circa fin.—Priscill. ap. C. S. E. 18. p. 13. 3.

FUCATIO.—(ἀπ. εἰρ.) 37. 16: nescis . . . blanda verborum fucatione deludere.—Cod. Theod. 10. 20. 18.—Evod. (ap. C. S. E. XXV. II.) De Fid. c. Manich. c. 38.—Gloss. Lat. Gr. fucatio : βαφή.

GENERATIO.— (=omnes opp. unus).—180. 6 : generatio recipit, quod persona condiderit.—Oros. ap. C. S. E. V., Hist. I. 3. 5.

INCHOATIO.— 247. 30: stabat in admiratione sui tenera orbis inchoatio.—Aug. epist. 120. 13.—Avit. ap. M. G. H. 6. p. 4. 11.—Leon. Mag. Serm. 33 (32) V.

INDICTIO.— 108. 3 : duas tamen praesentis indictionis fiscalis calculi partes cedemus.—Plin. Paneg. 29.—Lact. De Mort Pers. 7. 3.—Flor. 4. 10. 2.

INFUSIO.— 307. 14 : datum est mihi caelestis infusione mysterii libera habere iudicia.—Ambros. Apol.

David. 3. 11. init.— Caes. Arelat. Homil. III.— Sacr. Gelas. I. c. 81.

INMURMURATIO.—(ἅπ. εἰρ.) 189. 13: beluarum minax inmurmuratio.—Ambros. epist. 63. n. 56.

INNOVATIO.— 121. 11: requirendum sane, quis huius operis, quis innovationis auctor extiterit.— Lact. Divin. Inst. VII. 23. 3.

INPENSIO.— 119. 14: caelestia imitatus es ubertate beneficii, quando inpensione multiplici commendantis vota vicisti.— 180. 28: ut amor mutuus de vicaria inpensione gratuletur.—Pompei. gr., Commentum ap. Keil. Gram. Lat. V. p. 257.— Concil. Tolet. (Migne L. P. 84) VI. n. 4.; Concil. Tolet. 16., Migne 84. n. 557.-8.

INPERFECTIO.— 110. 7: inperfectio erat, si actuum callem non suo iure disponeret.—Aug. De Gen. ad litt. I. 4.

INSPECTIO.—155. 11: restat ut . . et illud placere vobis allegationis meae inspectione cognoscam.— Quint. Inst. 5. 5. 2.—Apul. Apolog. 422.

INSPIRATIO.—70. 30: per diabolicam inspirationem nasci certamina.—Filastr. ap. C. S. E. XXXVIII. p. 98. 1.—Cassian. ibid. XIII. Conl. III. 12. 4.— Cypr. ap. C. S. E. ed. Htl. p. 789. 14.

INSUFFLATIO.—110. 5: cum insufflatione spiritus suis moverentur arva vestigiis.—Oros. ap. C. S. E. V. Apolog. 26. 5.—Cassian. ibid. XIII. Conl. VIII. 21. 5.—Avit. ap. M. G. H. 6. p. 14. 5.—Aug. Symb. ad. Cat. Lib. 4. 1.

INSULTATIO.—56. 31: melius nobis est cum beato Paulo insultationis causas incidere.—Oros. ap. C. S. E. V. Hist. VII. 34. 8.—Quint. Inst. 8. 5. 11.

INVOCATIO.—77. 25: sub invocatione dei.—Quint. Inst. 6. 1. 33.—Macrob. Sat. 1. 16. 44.—Oros. ap. C. S. E. V. Hist. VII. 15. 9. 11.

IUSSIO.—17. 10: quae mihi multum doloris iussionis vestrae dubitatione pepererunt.—Avit. ap. M. G. H. 6. p. 10. 6.—Lact. Div. Inst. 4. 15. 9.

LABEFACTATIO.—300. 27: et dum labefactatio nostra caelestem hominem et in divina locandum arce conponat.—Quint. Inst. 8. 4. 14.—Cod. Theod. 4. 8. 1.

OBIECTATIO.—(ἅπ. εἰρ.) 319. 1: nec pax eius turbari dubiis protest nec fortitudo qualibet obiectatione confringi.—Caes. B. C. 3. 60.

OBIECTIO.—25. 27: ad solis parare radios et lucem seminis sui inmensi splendoris obiectione cognoscere. —Salvian. ap. C. S. E. VIII., de gub. Dei VII. 1.—Cassian. ibid. XIII. Conl. III. 14. 4.—Macrob. Somn. Scip. .II 16. 20.

OBLATIO.—21. 9: absentum animis sola litterarum medetur oblatio.—Paul. Nol. ap. C. S. E. XXIX. p. 361. 24.—Cassian. ibid. XVII. Inst. IV. 4.—Vict. Vit. ibid. VII., II. 51.—Cypr. ibid. ed. Htl. p. 467. 2.

OBLOCUTIO.—5. 11: male pertinax dens livoris, infringere et, qui oblocutionis fomitem de loco gloriae quaeris, obmutesce! 12. 9: nec bonorum facem meritorum maledicentis credendum est extingui posse conflatu, quoniam etsi dente tangatur invidi, splendor vitae umbram venenatae oblocutionis excludit.—cf. 12. 22; 51. 28; 85; 31.—Cassiod Var. IV. 31. 1.—Caes. Arelat. Reg. ad Virg. c. 43.—Vivent. epis. Lugd. epist. ad Avit. (Migne 67, 994).

—Concil. Agath. (Migne P. L. 84, 267) c. XXVIII —Concil. Aurel. II. (Migne 84, 279) c. IV.

Occursio.—(i. q. Besuch, Vog. Ind. s. v.) 198. 14: sanctus pater vester libenter se pariturum iussioni magnitudinis vestrae fuerat de mea occursione pollicitus.—Sidon. ap. M. G. H. 8. p. 117. 21.

Operatio.—247. 40: adsit muniis nostris aequalis operatio.—Cassian ap. C. S. E. XIII. Conlat. IX. 5. 5.—Cassiod. ap. M. G. H. 12. p. 70. 32.

Opitulatio.—60. 13: si placet, rursus appellet, et ipse, si videtur, reparet iudicia in opitulatione damnati.—Cassian. ap. C. S. E. XVII. Inst. VI. 5. —Cypr. ibid. ed. Htl. p. 608. 10.—Symm. ap. M. G. H. 6. p. 81. 13.—Vulg. I. Cor. 12. 28.

Participatio.—67. 14: aliis auctoribus facinorum participatione maculantur.—Cypr. ap. C. S. E. ed. Htl. p. 789. 10.—Vulg. I. Cor. 10. 16.

Passio.—61. 27: si reverendae passionis penetralia contigisset.—Vulg. Act. 1. 3.

Perditio.—303. 35: nisi te caeno perditionis inmergis, habere potes de poena doctrinam.—Avit. ap. M. G. H. 6. p. 115. 1.—Cypr. ap. C. S. E. ed. Htl. p. 390. 5.

Persecutio.—53. 34: per nutrimenta arida flammam persecutionis exsuscitat.—Filastr. ap. C. S. E. XXXVIII. p. 48. 1.—Cassian. ibid. XII. 6. 3. —Avit. ap. M. G. H. 6. p. 34. 32.—Tert. De. Spect. 27.

Perspectio.—319. 15: et spiritalis illa perspectio ieiunum me fuisse in fili vestri laudibus accusabit.—Aug. Civ. Dei, 8. 4.

Politio.—7. 22: si non magistra politione venuste-

tur, nihil ei prodest sublimitas.—Vitruv. 7. 3. med. Caton. R. R. 136.

POLLUTIO. — 58. 33: ut. . . . fieret inpunitum facinus pollutione multorum.—Salvian. ap. C. S. E. VIII. de gub. Dei. VI. 5.—Avit. ap. M. G. H. p. 19. 7.—Vulg. Judith. 13. 20.

PORTIO.—77. 13: qui maior animae fuit portio frater in superis.—Petricor. ap. C. S. E. XVI. Vit. Mart. II. 646.—Avit. ap. M. G. H. 6. p. 115. 22.

PRAEBITIO.—307. 26: eam (sc. Italiam) . . . et ad spem reparationis et ad praebitionem tributariam commutasti.—Vulg. 2. Macc. 4. 14.

PRAECOGNITIO.—53. 26: quisnamne causarum ex praecognitione sancit eventum . . . Boeth. Consol. ad Philos. 5. 4.

PRAEFATIO.—(i. q. initium, Htl. Ind. s. v.) 244. 17: cui sic est blanda de praesenti et tenera aetate praefatio.—Plin. epist. 1. 14. 2.—Cypr. ap. C. S. E. ed. Htl. p. 289. 15.—Ambros. De Off. 1.48.

PRAEFIGURATIO.—103. 8: homo qui et in saecularis tituli praefiguratione sacerdotem semper exhibuit. —Paul. Nol. ap. C. S. E. XXIX. p. 207. 3.—Cassian. ibid. XIII. Conl. XIV. 8. 5.—Eucher. ibid. XXXI. p. 12. 4.—Cypr. ibid. ed. Htl. p. 763. 14.—Aug. Civ. Dei, 16. 2.

PRAELOCUTIO.—51. 36: praelocutioni tamen optimae divinum subdidistis exemplum.—Cassian. ap. C. S. E. XVIII. c. Nest. VII. 6. 4.—Cassiod. ap. M. G. H. 12. p. 343. 35.

PRAENOTATIO.—(i. q. titulus.) 49. 28: cum in praenotatione ipsa significantia operis innotescat.—Prosp. Aquit. (Migne L. P.. 51, 218) Lib. c. Collator.

c. II. 311; Id. (Migne L. P. 51, 363) In Psl. CXIX. init.

PRAESTATIO.—290. 9: ergo praestationi vestrae genium dono celeritatis infundite.—Sen. Brev. Vit. 13. 9.—Cod. Theod. 6. 26. 14.—Vulg. I. Macc. 10. 28.

PRAESUMPTIO.—32. 18: diu ergo tali fultus post deum praesumptione non timui . . . Avit. ap. M. G. H. 6 p. 73. 6.—Cassiod. ibid. 12. p. 28. 5.

PRAEVISIO.—(ἅπ. εἰρ.) 206. 39: vincitur humanae mentis auctoritas praevisione discriminis.—cf. Concil. Carthag. III. c. XLIII. (Migne L. P. 84, 196), ubi cod. AE. praevisio pro provisio legit.

PROFLIGATIO.—199. 5: facies meum pudorem in statione esse, si relegas, in profligatione maxima, si transcribas.—Oros. ap. C. S. E. V. Hist. VII. 29. 12.

PROFUSIO.—88. 12: domum taliter regebat ecclesiae, ut nec profusione inmoderata commissam penum exhauriret.—Suet. Ner. 30.—Plin. epist. 2. 4. 4.

PROSCISSIO.—15. 32: quae venas divites in ipso proscissionis pandis exordio.—Columel. 2. 13. 6; 6. 2. 8.

PROSECUTIO.—114. 13: prosecutionem meam, quam vere rusticam in Aratoris conmendatione contexui.—Symm. ap. M. G. H. 6. epist. 7. 59.

PROTENSIO.—108. 19: narrandus est obitus, quoniam nulla protensione libelli, nullis dilationibus promulgatae laudis transitus ipsius poterit occultari. —Cassian. ap. C. S. E. XIII. Conl. XXI. 26. 2.—Apul. De Dogm. Plat. 631.

RECOGNITIO.—86. 3: pro boni operis recognitione

plaudebat.—Aul. Gell. 5. 14. 14.—Sen De Ira 3. 36. 2.—Claud. Mamer. ap. C. S. E. XI. p. 84. 12.

RECREATIO.—310. 29: ego in animae eius secunda nativitate aut recreatione sum genitor.—Plin. N. H. 22. 49.

REDHIBITIO.—83. 20: postulavit ut expensa quae pro necessitatibus domni papae Ravennae facta est, redhibitione pensaretur.—Aul. Gell. 4. 2. 10.—Quint. Inst. 8. 3. 14.

REFRENATIO.—205. 5: singularis boni fructus est ambitionis refrenatio.—Sen. De Ira 3. 15. 3.

REGRESSIO.—262. 17: et nisi extitissemus una sorte captivi, sorduisset suspicione nostra regressio. —cf. Quint. Inst. 9. 3. 35.—Gr. ἐπάνοδος.

RELEVATIO.—284. 17: nam me multum iuvat relevatio vestra.—Faust. Reien. ap. C. S. E. XXI. p. 210. 10—Cassian. ibid. XIII. Conl. 24. 5. 2.

REPARATIO.—19. 28: sufficit ad reparationem aeternitatis perditae, quod non a nobis sed pro nobis agnus occisus est.—Oros. ap. C. S. E. V. Hist. II. 6. 11.—Faust. Rein. ibid. XXI. p. 24. 23.—Cassian. ibid. XIII. Conl. IX. 28. 1.

REPENSIO.—(ἅπ. εἰρ.) 319. 8: et haec quidem caelesti praeparantur pro hac repensione suffragio.—Filastr. ap. C. S. E. XXXVIII. p. 91. 16.

RESALUTATIO.—292. 2: domine mi, resalutationis reverentiam solvens posco, ut . . . Suet. Ner. 37 fin.

RESCRIPTIO.—(ἅπ. εἰρ.) 147. 5: vos post deum anxietati meae celeri rescriptione succurrite.—Avit. ap. M. G. H. 6. p. 99. 29.

RESERATIO.—(ἅπ. εἰρ.) 176. 4: sic te, inpurissime

omnium, adversus nos intimorum reseratione munivimus.—Hier. cf. H. Goezler, op. cit. p. 76.

RESOLUTIO.—(i. q. mors).—187. 12 post cuius resolutionem.—Vulg. 2. Tim. 4. 6.

RESTAURATIO.—122. 8: qui enim in restaurationem aedis essent necessarii.—Avit. ap. M. G. H. 6. p. 126, tit.—Ruric. epist. II. 46.—Cassiod. ap. M. G. H. 12. S. p. 423. 13.

RESURRECTIO.—20. 9: quia ad vernantis anni faciem passionis ac resurrectionis tuae tempus aptasti.—Filastr. ap. C. S. E. XXXVIII. p. 141. 5.—Lucifer. ibid. XIV. p. 255. 17.

REVELATIO.—108. 11: transitus eius, quem ille spiritus revelatione cernebat.—Paul. Nol. ap. C. S. E. XXIX. p. 38. 19.—Filastr. ibid. XXXVIII. p. 80. 6.

RUCTATIO.—(ἅπ. εἰρ.) 246. 17: ecce inter ructationes Lyaeo debitas qualia Silenus alter verba conpono.—Ruric. epist. I. 9.

SECTIO.—65. 19: dum manus medici per impietatem a sectione carnis corruptae suspenditur.—Gell. 20. 1. 39.—Paul. Nol. ap. C. S. E. XXIX. p. 168. 8.

SEDUCTIO.—319. 32: bene enim sapit studiis nostris obsecuta seductio.—Filastr. ap. C. S. E. XXXVIII. p. 130. 8.

SEGREGATIO.—201. 9: post saeculi segregationem (i. q. mortem).—Tert. De Anima 43 init.—Ambros. De Excess. Frat. II. 35.

SUBREPTIO.—193. 1: qui obviam manum ponit in subreptione culparum.—Cassilan. ap. C. S. E. XVII. Inst. IV. 13.—Avit. ap. M. G. H. 6. p. 3. 3.—Apul Met.. X. 220.—Cod. Theod. 3. 10. 1.

SUCCESSIO.—33. 19: sine successione frigus iecoris tui flamma plus aestuat.—Suet. Tib. 15.—Tac. Ann. 4. 12. Oros. ap. C. S. E. V. Hist. V. 8. 3.

SUGGESTIO.—58. 26: hostiliter disruptis et iam per suggestionem vestram sublatis ecclesiae opibus.—Vict. Vit. ap. C. S. E. VII., II. 5.—Lucifer. ibid. XIV. p. 70. 19.—Cassian. ibid. XVII. Inst. II. 14.

TRANSACTIO.—16. 9: ubi aer pluvius perenniter et minax caelum et quaedam vitae sine tota luce transactio.—Tert. De An. 55 med.—Cassiod. ap. M. G.H. 12. p. 49. 32.

TRANSCURSIO.—276. 24: quam (sc. epistulam), dum de basilica remearem, transcursione dictavi.—286. 19: (versus) in temporis angustia et viridarii transcursione conscriptos.—Ambros. in Psl. 118, serm. 13. 7. init.—Hilar. Pictav. ap. C. S. E. XXII. in Psl. 147. 4.

TRIBULATIO.—3. 14: quamquam doctor gentium in tribulatione exercitum se fuisse commemoret.—Filiastr. ap. C. S. E. XXXVIII. p. 79. 7.—Cypr. ibid. et Htl. p. 501. 10.—Evod. ibid. XXV. II. c. Man. c. 34.

VECTATIO.—244. (carm. 2. 128 ap. tit.): versus de vectatione sua.—Sen. Tranq. 17. 8.—Suet. Calig. 3.

VENTILATIO.—20. 35: lectioni devotus insiste, ut fructus eloquentiae multiplicium auctorum ventilatione purgetur.—Plin. N. H. 23. 6.

VISITATIO.—26. 2: quam velim saepe officium visitationis omittere.—cf. Vict. Vit. ap. C. S. E. VII., II. 31.

β. QUAE PRIMUM LEGUNTUR:

APUD ENNODIUM		APUD HIERONYMUM[2]	
abiuratio[1]	abactio	deosculatio	offirmatio
conmeatio	ablactatio	depompatio	pausatio
evisceratio	absconsio	desponsio	placitio
praevisio	accinctio	dilutio	pomatio
	aggeniculatio[3]	ebullitio	praestolatio
	aggravatio	edisseratio	prolongatio
	amplexatio	efflatio	propassio
	annihilatio	enutritio	recrastinatio
	annullatio	exacerbatio	redactio
	annumeratio	excervicatio	rediscussio
	antepassio	excussio	rememoratio
	attonsio	exhaustio	reseratio
	coangustatio	exhilaratio	revolutio
	coargutio	expansio	scissio
	complacitio	exsufflatio	serratio
	compugnatio	extorsio	stannatio
	confortatio	floritio	stillatio
	consessio	hauritio	subrisio
	consutio	illisio	succisio
	convictio	immemoratio	tonsio
	dealbatio	impactio	transformatio
	decalvatio	oblatratio	transcensio
	decantatio	obversio	vacuefactio

[1]cf. Vogel, ap. Woelff. Arch. f. Lat. Lexicogr. I. p. 269.

[2]cf. H. Goelzer, op. cit. p. 14.—cf. C. Paucher, De Lat. B. Hier. p. 5-11; p. 24.

[3]addend. est dexterioratio: cf. Woelff. Arch. f. Lat. Lexicogr. II. p. 471.

Displicent autem Hieronymi nomina tria ex verbis quibus deest supinum derivata: complacitio, floritio, placitio.[1]

II. DE NOMINIBUS -*TAS* FINITIS.

Agitur quidem de nominibus abstractis quae ex adiectivis aliisque substantivis derivantur.—cf. Lat. nŏvĭ-tas (novo-s); Gr. *νεό-της* (*νεό-ς*).[2]—cf. Gr. *ὁλό-της* (*ὅλο-ς*) et Skr. sarvá-tāti-š sarvá-tāt- (sárva-s);—cf. Skr. satyá-tāti-š satya-tāt-(satyá -s).—cf. Gr. *σχαιό-της* (*σχαιό-ς*) et Lat. scaevi-tas.—cf. Lat. dei-tas (deus) et Skr. dēvá-tāt-.—cf. Gr. *βιό-της* (*βιός*).[3] Quod autem rarius accidit, nomina -tas finita substantivis abstractis interdum formantur, puta: cautelitas (ex cautela), Ennod. p. 275. 11. cf. libidinitas, Laber. et salebritas, Apul.[4]

a. QUAE AB USU OPTIMORUM SCRIPTORUM RECEDUNT:

ARIDITAS.—(translate) 27. 19: ab ingenioli mei ariditate.—Pallad. III. 4.—Vulg. Nah. 1. 10.; Id. Zachar. 11. 17.

CAUTELITAS.—(*ἅπ. εἰρ.*) 275. 11: an forte circa me illam tuam cautelitatem aestimas esse servandam? Cautelitas quidem apud Ennodi opera primum legi facile concedi potest: at vero si loci sensus et textus ipse assidue spectentur, vocabulum illud cautelitas

[1] cf. H. Goelzer, op. cit. p. 79.

[2] cf. Lindsay, Lat. Lang, ch. V. 42 p. 341.

[3] cf. Brugmann, Grundriss, II. 1. 102 pp. 290, 291, 292.—cf. Kuhn's Zeitschr. X. p. 159.

[4] cf. H. Goelzer, op. cit. p. 105.—cf. Meyer-Luebke ap. Woelfll. Arch. f. Lat. Lex. VIII. p. 321. sq.

Helpidianum esse potius quam Ennodianum videtur. Agitur enim de quodam diacono medicoque, Helpidio, quem Ennodius facete designat "homo verborum locuples",[1] qui tamen "silentia" erga Ennodium servat "peregrina." Enixe igitur rogatur Helpidius ut quam primum scribat: responsum autem iocose scriptum petitur:[2] "indico me gravi corporis inaequalitate laborare, quam nisi te dictante pagina iocos exhibitura curaverit . . ." Quibus verbis, ut opinor, innuitur Helpidium priore in epistula vel in conloquio vocabulo cautelitas usum esse; namque legitur in textu ipso: "an forte circa me illam tuam cautelitatem aestimas esse servandam?"[3] Verba quidem illam tuam, totius epistulae sensu perpenso, vim quamdam demonstrativam prae se ferunt qua vocabulum novum cautelitas Helpidianum esse potius quam Ennodianum concludi potest.— cf. Cic. Ad Att. 1.10: "Cum essem in Tusculano (erit hoc tibi pro illo tuo: 'Cum essem in Ceramico.'") Notanda sunt verba pro illo tuo. Accedit quod alibi cautela ab Ennodio semper adhibetur.— cf. 27. 18; 92. 32; 105. 12; 210. 20. Verba "Atticam eruditionem" minime impediunt quin haec interpretatio sibi constet: agitur enim de vocabulo iocose formato.

CHRISTIANITAS.— 241. 13: hoc non est alienum a christianitate.— Salv. ap. C. S. E. VIII., VI. 3.— Caes. Arelat. epist. II. circa init.

CIVILITAS.— (i. q. condicio legibus consentanea, pax.— Vog. Ind. s. v.) 131. 7: nunc ad iuvamen

[1] cf. Ennod. ed. Vog. p. 275. 8.
[2] cf. Ennod. p. 275. 15 sq.
[3] cf. Ennod. p. 275. 11-12.

civilitatis inpenditur quidquid promovero supplicando.— Suet. Aug. 51 ; Id. Claud. 35.

DENSITAS.— 19. 13 : a perpetuae noctis furva densitate.— Quint. Inst. 8. 5. 26. Vulg. Isa. 9. 18.

DIVERSITAS.— 64. 26 : de codicum diversitate nil conqueror.— Tac. Ger. 15. 5.— Suet. Calig. 8.

ENORMITAS.— 208. 31 : executorem prodidit caedis enormitas.— Quint. Inst. 9. 4. 27.— Sen. Const. Sap. 18.— Salvian. De Gub. Dei I. 34.

FALSITAS.— 56. 23 : post haec nos falsitatis arguitis.— Arnob. ap. C. S. E. IV. p. 38. 15.—Lact. Div. Inst. 5. 3. fin.

GARRULITAS.— 1. 14 : et destituta dicendi valitudine garrulitas defectum mercetur ex copia.— Suet. Aug. 83. 4.

GENERALITAS.—(i. q. locus communis, Htl. Ind. s. v.) 73. 26 : ad ipsum pertinet praefata generalitas. —cf. 59. 20 : certa est generalitas (i. q. universae rei publicae) securitas, quando rem publicam nobilibus regit artibus institutus.— Symm. epist. 2. 90.

INAEQUALITAS.—(i. q. morbus) 26. 8 : contra ingruentes tibi inaequalitates precum manus opposui. —Avit. ap. M. G. H. 6. p. 88. 16.

INRIGUITAS.— (ἄπ. εἰρ.) 84. 17 : et siccitatem labiis aestuante animo inriguitas vivi fluminis gignit.

LONGAEVITAS.— 14. 4 : quorum longaevitas et senectutem refutat et terminum.—Macrob. Sat. 7. 5. — Avit. ap. M. G. H. 6. p. 50. 3.

NATIVITAS.— 110. 15 : secunda nativitas (i. q. baptismus).— Tert. De Anima 39.— Avit. ap. M. G. H. 6. p. 107. 18.

NIMIETAS.— 286. 13 : acerbo aegritudine inpetu

et valida fabrium nimietate contritus.—Salvian. ap. C. S. E. VIII., IV. 37.—Avit. ap. M. G. H. p. 95. 21.—Pallad. 6. 7.

OBNOXIETAS.—132. 18: ut . . . ab omni obnoxietate solvatur.—317. 28: ne sub fasce vestri muneris constitutum sola manet de obnoxietate confessio.—Novel Valent. 3. 28. 1.—Edict. Theod. 2. 6. 4. (cf. Groeber ap. Woelffl. Arch. VIII. pp. 449-450). Cassiod. de anima 10.—Avit. ap. M. G. H. 6. p. 18. 16.—cf. Gelas. Pap. epist. Martyr. et Just. Episc. (Migne 59, 144).

PARCITAS.—37. 29: ne in damnum gratiae parcitas contingat ista verborum.—Macrob. Somn. Scip. I. 8. 7.

PARILITAS.—304. 2: quae mecum matrimonii habuit parilitate subiugari.—Aul. Gell. 14. 3. 8.—Salvian. ap. C. S. E. VIII., VI. 5.—Sidon. ap. M. G. H. 8. p. 23. 8.—Avit. ibid. 6. p. 80. 8.

POSSIBILITAS.—155. 12: fida enim index est possibilitatis nostrae consideratio.—Sedul. ap. C. S. E. X. p. 216. 6.—Avit. ap. M. G. H. 6. p. 112. 34.

PROFUNDITAS.—53. 13: Tullianae enim profunditatis pelagus ingressi.—Macrob. Somn. Scip. I. 6. 36.

PROLIXITAS.—139. 10: epistulae prolixitate inpetranda suspendam.—Symm. ap. M. G. H. 6. epist. 2. 8.—Avit. ibid. 6. p. 55. 13.—Gelas. ap. C. S. E. XXXV. p. 225. 10.—Hormisd. ibid. p. 632. 23.

PROXIMITAS.—1. 10: proximitatem noctis indicit. —cf. 102. 15: caelorum proximitates.—Quint. Inst. 3. 6. 95. (bis).

PURITAS.—125. 11: adserit splendorem sanguinis testimonio puritatis.—Macrob. Somn. Scip. I. 14. 14.

QUANTITAS.—231. 34: . . . acceptam pecuniae refunderet quantitatem.—Quint. Inst.—7. 4. 3.—Lucifer ap. C. S. E. XIV. p. 249. 5.

SOBRIETAS.—57. 34: in sobrietate venerandi examinis adflictione propria commendabat quem voce non poterat.—Sen. Tranq. 17. 9.—Val. Max. 6. 3. 9.—Amm. Marc. 31. 10. 19.—Vulg. I. Tim. 2. 9.

SOLLEMNITAS.—127. 2: quamvis epistularum qualitas pro ingeniis conponatur et saepe sollemnitati militet.—Aul. Gell. 2. 24. 15.

SUBLIMITAS.—7. 22: si non magistra politione venustetur, nihil ei prodest sublimitas.—cf. 48. 20: sublimitas vestra.—Quint. Inst. 12. 5. 5.—Plin. epist. 1. 16. 4.

TRINITAS.—320. 3: gratias inseparabili Trinitati Deo vero.

UNIANIMITAS.—(B.; unanimitas VLTCP) 70. 17: unianimitatem vestram stili mei morsu . . . incessam.—cf. 126. 19: unianimitatem tamen vestram taciturnitatis incesso.

UNITAS.—63. 30: non interest quibus itineribus ad mundi principem currat qui a sancta unitate desciscit.—Aul. Gell. 19. 8. 11.—Sen. Vit. Beat. 8. 6.

β. QUAE PRIMUM LEGUNTUR :

APUD ENNODIUM	APUD HIERONYMUM[1]	
cautelitas	deitas	infertilitas
inriguitas	dualitas	insuasibilitas
	filietas	iocularitas
	incontrovertibilitas	substantialitas

[1]cf. Goelzer, op. cit. p. 14.

III. DE NOMINIBUS. -*TIA* FINITIS.

Iamvero nobis est agendum de nominibus, quorum pars maior ex participiis praesentibus derivantur, ut:[1] praesentia, benevolentia, malivolentia, pollentia; quae quidem apud Latinos eadem syllaba-ya-, qua participia generis feminini apud Graecos formantur, formari videantur.—cf. Lat. prae-sentia: Gr. φέρουσα pro *φεροντγα: Skr. bhárantī.[2]

a. QUAE AB USU OPTIMORUM SCRIPTORUM RECEDUNT:

CONCUPISCENTIA.—12. 3: qui carnalis concupiscentiae inlecebras . . . domuerit.—Paul. Nol. ap. C. S. E. XXIX. epist. 30. 3.

CONSONANTIA.—2. 21: taceo universitatis in electione tua consonantiam.—Aul. Gell. 13. 21 (20) 5.

DISSONANTIA.—119. 4: per familiarum dissonantiam.—cf. 268. 17: nemo dissonantiam Atticae perfectionis metuat et Romanae.—Claud. Mamert. ap. C. S. E. XI. p. 73. 7; 76. 5.

HONORIFICENTIA.—2. 40: quotiens te, qui certamine non potuit, insidiosa honorificentia lacessivit?—Salvian. ap. C. S. E. VIII., ad Eccles. IV. 14.—Symm. ap. M. G. H. 6. epist. 6. 36.

INPATIENTIA.— 146. 14 : sed ego desiderii inpatientiam ad verba converti.— Suet. Calig. 23. 30.— Aul. Gell. 1. 13. 14.

INSTANTIA.—(i. q. diligentia).— 7. 23 : adiuvatur quidem doctoris instantia.— Plin. epist. 3. 5. 18.

---

[1]cf. Lindsay, Lat. Lang ch. V. 64. p. 352.

[2]cf. Lindsay, op. cit. ch. VI. 3 p. 372.

IACTANTIA.— 1. 11 : superflua scribere res iactantiae est.— Paul. Oros. ap. C. S. E. V. Hist. VI. 14. 3.— Juvenc. ibid. XXIV. I. 580.

OMNIPOTENTIA.— 110. 13 : hunc nisi omnipotentia tua, domine, regeneraret perditum.— Macrob. Somn. Scip. I. 14.— Salvian. ap. C. S. E. VIII. p. 22. 29.— Avit. ap. M. G. H. 6. p. 122. 9.

SIGNIFICANTIA.— 33. 17 : cum cibi huius significantia . . . adparuit.— Arnob. ap. C. S. E. IV. p. 143. 17.— Lact. Div. Inst. 4. 26 init,

SUBSTANTIA.— 26. 20 : sub (trium) personarum distinctione . . . unam . . . adorare substantiam. —Sen. epist. IV. (113) 4.—Quint. Inst. 7. 2. 5.

VALENTIA.— 107. 19 : adhuc quasi aevi integer aut valentia corporis munitus.—Macrob. Somn. Scip. II. 14. 27.—Tert. adv, Hermog. 45 (6).

β. QUAE PRIMUM LEGUNTUR :

APUD ENNODIUM	APUD HIERONYMUM[1]
beneolentia [2]	impeccantia
complacentia	splendentia
esculentia	subsistentia

IV.—DE NOMINIBUS *-TURA* (*-SURA*) FINITIS.

Hic quidem de substantivis verbalibus agitur, quae ut notat Kuehner, designant "eine Handlung als Zustand oder das Ergebniss derselben oder ein Amt."[3]

[1] cf. H. Goelzer, op. cit. p. 14.—cf. C. Paucker, De Lat. B. Hier. p. 42.

[2] cf. Ph. Thielmann, Woelffl. Arch. f. Lat, Lex. I. p. 73.

[3] cf. Kuehner, Ausfuer. Gram. d. L. Spr. I. 222 (5) p. 657.

α. QUAE AB USU OPTIMORUM SCRIPTORUM RECEDUNT:

CLUSURA.— 105. 38 : per cuius manus pittacia ad clusuras iussio sacerdotis elicuit.— Cassiod. ad. M.G. H. 12. Var. 2. 5.— Antonin., Itiner. Hierosolym. ap. C. S. E. XXXIX. p. 176. 4.— Vulg. Baruch. 6. 17.

FACTURA.— 18. 31 : hominum factura praestantior (sc. bestiis).—Gell. 13. 29 (30) 2.—Vigil. ap. C. S. E. XXXV. p. 278. 11.

FRACTURA.— 86. 18 : ne fractura manus aut fractura pedis . . . —Cels. 8. 10. init.

PLECTURA.—(ἅπ. εἰρ.) 2. 6 : et omnis ramorum plectura diffunditur. Nectura[1] quidem (restitut. a Ph. Thielmann ad Vulg. Eccli. 6. 31) et flectura (prolat. a C. Pauker, Suppl. Lexic. Latin., p. 289.) exemplaria, quibus plectura analogia formari potest, suppeditant. Frixura contra pro frictura apud Hieronymum invenitur.[2]

PRESSURA.— 63. 5 : nolite Symmachum papam pressuris vestris iuvare.—Lucifer. ap. C. S. E. XIV. p. 115. 7.—Avit. ap. M. G. H. 6. p. 126. 16.

β. QUAE PRIMUM LEGUNTUR :

APUD ENNODIUM	APUD HIERONYMUM[3]
plectura	frixura messura stannatura

Ad rem vero pertinet ut memoria teneamus quod adserit exponitque H. Goelzer de nominibus -tura

[1] cf. Ph. Thielmann, Woelffl. Arch. f. L. L. I. p. 70.
[2] cf. H. Goelzer, op. cit. p. 88.
[3] cf. H. Goelzer, op. cit. p. 14.

(-sura) terminatis: "A la bonne époque de la langue, les dérivés en -tura sont des termes abstraits; rarement ils sont employés au concret. Mais, à partir du troisième siècle, la signification concrète prédomine."[1] Interest igitur ut usus Ennodi Hieronymique hac de re proferatur.

APUD ENNODIUM.	APUD HIERONYMUM.[2]
factura = creatura	alligatura = bandelette
fractura (procellarum) = venti fracti	factura = creatura
quaestura = quaestor	frixura = poêle
	messura = moisson
	stannatura = étamage

FACTURA.—18.31: vernat in hoc dispositione dominica hominum factura praestantior, quod sola (sc. factura) uberius potest sentire factorem.

FRACTURA.—2. 14: fractura procellarum (i. q. venti fracti, cf. Htl. Ind. s. v.) quae navitas hactenus terrebant.

QUAESTURA.—146. 28: ut sine mutationis dispendio debitum mihi quaestura (sc. Eugenetus quaestor) dissolvat.

V.—DE NOMINIBUS *-TUDO*, *-EDO* FINITIS.

Nomina quidem -edo terminata conferenda sunt cum nominibus apud Graecos *-ήδων* finitis. cf. Lat. cap-ēdo, frig-ēdo, aubr-ēdo et Gr. *ἀχήδων*, *χαιρήδων*.[3]

---

[1] cf. H. Goelzer, op. cit. pp. 88-89.
[2] cf. H. Goelzer, o. c. p. 89.
[3] cf. Lindsay, Lat. Lang. ch. V 67 p. 353.

a. QUAE AB USU OPTIMORUM SCRIPTORUM RECEDUNT :

CELSITUDO.—258. 7: restat in potestate celsitudinis vestrae.—Vell. Pater. Hist. Rom. 2. 94.

CLARITUDO.—40. 15: claritudinem minorum siderum.—Tac. Ann. 1. 28.—Caton. ap. Gell. 3. 7. 19.

HABITUDO.—304. 3: ut illa . . . religiosae mecum habitudinis decora partiretur.—Ambros. De Off. I. c. 45.—Apul. Met. I. 15.

HEBETUDO.—52.29: mens . . . beluarum pressa hebetudine.—Macrob. Somn. Scip. I. 14. 12.—Opt. Milev. ap. C. S. E. XXVI. p. 155. 6.—Aug. Civ. Dei 7. 21.

INGRATITUDO.—39. 14: quia parum ab ingratitudine differt muta gratulatio.—Hormisd. ap. C. S. E. XXXV. p. 540. 21; 734. 21.—Cassiod. ap. M. G. H. 12. p. 148. 22; 248. 22 et al.

INQUIETUDO.—83. 27: ut ordinetis qualiter ab huiusmodi inquietudine relever.—Oros. ap. C. S. E. V. Hist. I. 21. 19.—Salvian. ibid. VIII. ad Eccles. II.64.—Cassiod. ap. M. G. H. 12. p. 256. 14.—Aug. Civ. Dei 16. 2.—Caes. Arelat. Homil. X. init.

MAESTITUDO.—86. 6: ridebant genae, etiam cum animus maestitudine torpuisset.—Plaut. Aul. 4. 10. 2.—Pallad. I. 26.

PLENITUDO.—39. 11: scientiae plenitudo.—73. 15. gratiae plenitudo.—Vict. Vit. ap. C. S. E. VII., II. 78.

β. QUAE PRIMUM LEGUNTUR:

APUD ENNODIUM	APUD HIERONYMUM[1]
	discertitudo
	hebetudo
	laxitudo
	scabredo

VI.—DE NOMINIBUS -*ELA* FINITIS.

Minime quidem inter doctos de his nominibus formandis convenitur.[2] Ex una parte igitur placet sĕquēla pro *seques-la, quĕrēla pro *queres:la, fŭgēla pro *fuges-la ex Idg.*-e-slā (cf. fugĕ-re), et candēla, nitēla ex Idg.*-ē-slā (cf. candē-re): quod quidem probat Osthoff, Paul-Braune's Beitr. III. 346. Ex altera vero parte omnia huiusmodi nomina ex Idg. -ēlā derivata esse placet: cf. cicindēla ex adiectivo *cicindēlo-, quocum μιμη-λό-ς apud Graecos conferri potest: ad quam sententiam accedit Brugmann.[3]

α. QUAE AB USU OPTIMORUM SCRIPTORUM RECEDUNT:

CAUTELA.—27. 18: facessat a bonis actibus res amica perfidiae: me tamen nocitum cautela vestra denuntio.—Salvian. ap. C. S. E. VIII., VI. 80.—Priscill. ibid. XVIII. p. 51. 16.—Avit. ap. M. G. H. 6. p. 49. 22.—Cassiod. ibid. 12. p. 28. 7.—Ambr. de excess. frat. Sat. I. 26.

LOQUELA.—49. 7: qui profutura adserit, loquelam,

---

[1] cf. H. Goelzer, op. cit. p. 14.

[2] cf. Lindsay, Lat. Lang. ch. V. 23 p. 333.

[3] cf. Brugmann, Grundriss, II. 1. 76 Anm. 2. pp. 192, 193, sq.

quae periculo artis est colorata, contempnit.— Plaut. Cist. 4. 2. 75.— Caes. Arelat. epist. II. circa fin.

MEDELA.— 224. 27 : ferat his rebus medelam,— Claud. Mamert. ap. C. S. E. XI. p. 205. 8.— Cod. Theod. 11. 28. 10.

PARENTELA.— (ἅπ. εἰρ.) 224. 1 : nec separantur regionibus parentelae catena sociati.— Jul. Capitolin. Vit. Gordian. Tert. c. 3 (c. 23 ap. Bipont. edit.)— Avit. ap. M. G. H. 6. p. 13. 6.— Caes. Arelat. Recapit. Reg. ad Virg. 12 et 14. Cassiod. Expos. in Psl. 87. vs. 18.— Valerian. Homil. XVII. 2.— Concil. Tarrac. (Migne, L. P. 84, 311) c. I.

(D).—NOMINA VARIA.

I.— DE NOMINIBUS *-IUM* FINITIS.

Haec quidem nomina magnam partem ex verbis derivantur, ut : studium (studere), conludium (conludere). Permulta autem aliis substantivis formantur, e. g.: tībīcinium (tībīcen).[1] cf. Lat. somniu-m (somniu-s): Skr. svápnyam (svápna-s).[2] Nonnulla denique ex adiectivis derivantur, puta : lanicium (lanicius).[3]

a. QUAE AB USU OPTIMORUM SCRIPTORUM RECEDUNT:

ALLOQUIUM.—8. 20: gaudia tamen de te mea epistularis alloquii dotibus adimplesti . . . —Tac. Hist. 3. 36.

[1] cf. Kuehner, Ausfuehr. Gram. d. Lat. Spr. I. 222 (6) p. 657.

[2] cf. Lindsay, Lat. Lang. ch. V 4 p. 319.

[3] cf. H. Goelzer, op. cit. p. 59.

CONLUDIUM.—(i. q. dolus) 2. 42: ut adhibito hostem conludio intra urbis muros includeres.—Amm. Marc. 18. 5. 1.—Symm. epist. 3. 5,—Cod. Theod. 2. 1. 11; 4. 22. 2.

CONTAGIUM.—63. 35: quid incrementis excessuum praesentatis vetusta contagia . . . —cf. 64. 14: haereticis se miscuere contagiis. Invenitur etiam contagio, p. 187. 29; 188. 40.—cf. Mar. Vict. I. p. 2469 P. ap. Keil. G. L. 6. p. 25.

DIACONIUM.—87. 26: brevi post ad diaconii evectus infulas. 144. 20: ad diaconii sacramenta perducite.—Cyprian. ap. C. S. E. ed. Htl. p. 617. 1. —Gesta de nom. Acac. ap. C. S. E. XXXV. p. 447. 16.—Concil. Toletan. (Migne 84) I. 8.

DISPENDIUM.—11. 28: cum pudoris dispendio.—Plaut. Men. 3. 2. 20.—Teren. Hec. 5. 2. 29.

INFAMIUM.—(ἄπ. εἰρ.) 98. 11: homo in perfugarum infamio notitia veteri pollutus.—Isid. Orig. V. 25 et 26: "Ignominium dictum, eo quod desinat habere honestatis nomen . . . Hoc quoque et infamium, quasi sine bona fama."—Concil. Toletan. (Migne 84) XII. n. 504; XIII. n. 515; XIII. n. 531; XVII. n. 592.—Indicul. Luminos. (Migne L. P. 121) c. 6.

LICIUM.—208. 22: vos tamen elaboratas vestes et liciorum tormenta devehite.—Aul. Gell. 11. 18. 9.—Auson. epist. 23. 14.

LITIGIUM.—210. 3: votiva inter reos evenere litigia.—Plaut. Cas. 3. 2. 31.—Id. Men. 5. 2. 15.

MUNIUM.—139. 17: salutem ergo dicens spero, ut circa munia litterarum nec sincerus amor vacationem accipiat.—Cod. Theod. 12. 1. 134.

PONTIFICIUM.—2. 37: et tironem pontificii exer-

citatissimum militem . . . —65. 4: pontificii cathedram.—Solin. Polyhist. 16 fin.—Cod. Theod. 16. 5. 13.—Leon. Mag. serm. IV. (III) c. 2. Celer. ap. C. S. E. XXXV. p. 657. 22.—Marcell. et Faust. ibid. p. 24. 12.

PRAELOQUIUM.—45. 5: domni Avieni dictionibus a me debentur ista praeloquia.—cf. 49. 30; 130. 30.

PRAESTIGIUM.—268. 6: simplicius innotescunt vota nullo peritiae velata praestigio. cf. 54. 5.—Amm. Marc. 14. 11. 13.

II.— DE NOMINIBUS -*ARIUM* FINITIS.

QUAE AB USU OPTIMORUM SCRIPTORUM RECEDUNT :

CELLARIUM.— 148. (carm. 2. 41 ap. tit.): ante cellarium.—Faust. Reien. ap. C. S. E. XXI. p. 286. 9.— Caes. Arelat. Reg. ad Virg. 28.— Cassiod. ap. M. G. H. 12. p. 370. 1.

DONARIUM.— (i. q. donum.)— 122. 15 : dum puris cumulamus altaria sancta donariis.— Aur. Vict. De Caesar. c. 35.

ITINERARIUM.— 193 (carm. 1. 1 ap. tit.): Itinerarium Brigantionis Castelli.— Amm. Marc. 24. 1 init.

OLEARIUM.[1]— (*ἄπ. εἰρ.*) 147, carm. 2. 38 ap. tit.: ante olearium.— Gr. Lat. Gloss. *ἐλαιοπωλεῖον*.

PLANTARIUM.— 5. 15 : quam parturientia diu nesciere plantaria.— Plin. N. H. 13. 8 ; 17. 34.

---

[1]cf. Ennod. p. 147: Ante Olearium.
Hoc est quod nitido membrum conpletur olivo.
Nil potius sanctas convenit ante fores.

VIRIDARIUM.— 286. 19: in temporis angustia et viridarii transcursione conscriptos (sc. versus).— Cic. ad. Att. 2. 3. 2.— Lucifer. ap. C. S. E. XIV. p. 161. 11.—cf. Ruess, Woelffl. Arch. f. Lat. Lex. IX. p. 239.

β. QUAE PRIMUM LEGUNTUR:

APUD ENNODIUM	APUD HIERONYMUM[1]
olearium = locus ubi venditur oleum	chartarium = Fr. archives

III.—DE NOMINIBUS *-ALE, -ARE* FINITIS.

Derivantur quidem magnam partem ex adiectivis quae -alis, -aris finiuntur.— cf. manuāle, Mart. Epigr. 14. 84 in lemm.

QUAE AB USU OPTIMORUM SCRIPTORUM RECEDUNT:

PENETRALE.— 7. 5: si infabricata verba intra verecundum penetrale contineam. Penetralia etiam invenitur. cf. Vog. Ind. s. v.

QUAE PRIMUM LEGUNTUR;

APUD ENNODIUM	APUD HIERONYMUM[2]
	intellectuale principale
	liminare promurale
	lumbare rationale

[1] cf. H. Goelzer, o. c. p. 14.

[2] cf. H. Goelzer, o. c. p. 74.—cf. C. Paucker, De Lat. B. Hier. p. 48.49.

IV. DE NOMINIBUS *-MONIA -MONIUM* FINITIS.

"Les substantifs en -monia et -monium," ut animadvertit Goelzer,[1] "appartiennent à la vieille langue et paraissent avoir été surtout employés dans la conversation." Significant quidem "ein Beharren einer Handlung oder einen dauerenden Zustand,"[2] ut: sanct-i-monia, merc-i-monium.—cf. flamonium, alimonia et alimonium.[3]

QUAE AB USU OPTIMORUM SCRIPTORUM RECEDUNT.

ALIMONIUM.—231. 15: facilius credo cursus fluminum in directa revocari et relictis fluentorum alimoniis aether vacuum pisces expetere, quam . . . Suet. Calig. 42.—cf. Eurip. Med. 410.—Ovid. Met. XIV. 38; XIII. 324.; Id. Heroid. V. 30; Id. Trist. I. VIII. init.—Horat. Od. I. XXIX. 11.—Claudian. in Eutrop. I. 355.—Vergil. Ecl. I. 59. Errat quidem Ribbeckius scribendo ad Vergil. Ecl. I. 59 in aequore pro in aethere:

Ante leves ergo pascentur in aequore cervi. (Ribb. Edit. Verg. Ecl. I. 59) Ennodius enimvero—qui Vergili operibus familiarissime usus est,[4] quique aeque fere prope ad Vergili aetatem vixit ac optimi qui ad nos pervenerunt codices Vergiliani –hunc ipsum versum in mente habuisse videtur cum scripserit: aether vacuum pisces expetere. In aethere igitur non in aequore ad Vergil. Ecl. I. 59 solitam esse

[1] cf. H. Goelzer, o. c. p. 92.
[2] cf. Kuehner, Ausf. Gr. d. L. Spr. 1. 221. 1. p. 653.
[3] cf. Lindsay, Lat. Lang. ch. V. 4. p. 321.
[4] cf. Vog. Ind. ad. Edit. Ennod. pp. 332. 333.

lectionem Ennodi tempore recte concludi potest. Huc accedit quod optimi codices et Vergilianus vocabuli levis usus in aethere veram esse lectionem affirmant.[1]

V. DE NOMINIBUS *-US* FINITIS.

a. QUAE AB USU OPTIMORUM SCRIPTORUM RECEDUNT:

CABALLUS.—258. 15: sic de caballo promisso processistis . . . —Ruric. epist. I. 17.—Cassiod. ap. M. G. H. 12. p. 261. 17.

VI.—DE NOMINIBUS *-ENA, -INA* FINITIS.

Terminatio quidem -ēna conferenda est cum terminatione *-ηνη* apud Graecos, puta: Lat. hab-ēna, av-ēna et Gr. *σαγήνη*; atque terminatio īna apud Latinos idem est ac *-ινη* apud Graecos, ut: Lat. cort-īna et Gr. *βολβ-ίνη*, *χοιρ-ίνη*. Quae vero nomina magna ex parte significant "eine Wissenschaft oder Kunst oder auch einen Ort."[2]—cf. Lat. discipl-īna, pisc-īna, cēp-īna; cf. Skr. āúm-īna-m ex úmā.[3]

a. QUAE AB USU OPTIMORUM SCRIPTORUM RECEDUNT:

MURENA.—(*ἅπ. εἰρ.*) 149, carm. 2. 46 ap. tit.: Epigrammata de murena . . —Idem vero est murena ac "catena quae ad collum ornandum aptatur"

---

[1]cf. Vergil. Aen. V. 838 et. VI. 17.—cf. Virgil: Conington. vol. 1. Bucolics & Georgics, London 1898, not. ad. Ecl. I 59.

[2]cf. Kuehner, Ausf. Gr. d. Lat. Spr. I. 221. a. p. 652.

[3]cf. Brugmann, Grundriss, II. 1. 68 pp. 148, 149.

(Isid. Orig. XIX. 31. 14).—cf. Murenula, Hier. epist. 24. 3.

COQUINA.—148, carm. 2. 42 ap. tit.: Ante Coquinam.—Pallad. I. 37.—Cassian. ap. C. S. E. XVII., Inst. IV. 22.—Caes. Arelat. Reg. ad Virg. c. 12.

β. QUAE PRIMUM LEGUNTUR:

APUD ENNODIUM	APUD HIERONYMUM[1]
	lampena cortina

VII.—DE NOMINIBUS -*A* FINITIS.

α. QUAE AB USU OPTIMORUM SCRIPTORUM RECEDUNT:

BASTERNA.—(ἅπ. εἰρ.) 245, carm. 2. 129 ap. tit.: In Basterna uxoris Bassi Violae.—Pallad. 7. 2.

CANAVA.—(ἅπ. εἰρ.) 148, carm. 2. 43 ap. tit.: Ante Canavam.—Aug. (?) Serm. De Temp. 61 (=Caesar. Arel. 73) et =Serm. 273 in Append. Nov. Edit. Venet., 1833, tom. 6. P. III. p. 648: "Multa enim sunt quae de horreo, vel canava vel cellario aliquotiens proferre non possumus."—cf. Aug. (?) Serm. 56 De Temp. (=Caes. 45): "Considerate Fratres, si et horreum et canavam et cellarium annis singulis replemus . . . "—cf. Caes. Arelat. Reg. ad Virg. c. 30 (Migne P. L. 67): "quae cellario sive canavae, sive vestibus . . . praeponuntur."—cf. Aurel. Reg. ad Monachos c. 21 (Migne L. P. 68): "quibus claves de cellario, cannava, horreo, postico et oratorio tradendae sunt." Canava igitur cella penaria vel vinaria esse videtur.

GAVATA.—(ἅπ. εἰρ.) 135, ap. carm. 2. 22, tit.:

[1] cf. H. Goelzer, o. c. p. 14.

De Compostile habente septem gavatas.— cf. Venant. Fortunat. carm. 7. 24 ap. tit.: Versus in gavatis. cf. Id. carm. 11. 10. 3 (cod. AM. =cavata).— cf. Groeber, Woelff. Arch. f. Lat. Lex. II. pp. 430, 431 s. v. Gabata :" . . . (bei Venantius Fortunatus : gávata). In der Kirche bezeichnete es die Ampel (s. Du-Cange, s. v)."

MISSA.— 247. 26: Precatio Missarum.— 248. 3: Oratio ante missam.— cf. 59. 39: dum celebrarentur ab his sacra missarum.— Ambros. epist. 20. 4.— Caes. Arelat. Reg. ad Monach. 20.

NAVITA.— 2. 14: procellarum quae navitas . . . terrebant.— Plaut. Men. 2. 1. 1.— Aul. Gell. 16. 19. 11.— Propert. 2. 1. 14.— Paul. Nol. ap. C. S. E. XXIX. p. 401. 1.

PAPA.— 58. 20: indicta causa, derelictis defensoribus papa discessit.— 13. 18: apostolicae sedis beati Petri vel praesulis eius papae . . . — Ennodius quidem nomen Papa olim omnibus fere episcopis commune Pontifici solum Romano tamquam proprium primus omnium scriptorum tribuere videtur.— cf. Vog. Ind. s. v. papa.

PROSAPIA.— 9. 21: circum Gallum prosapia conticisce.— Quint. Inst. 1. 6. 40.— Avit. ap. M. G. H. 6. p. 21. 25.— Ambros. de obit. Valent. 18.— Prosapies etiam ab Ennodio usurpatur.— cf. Vog. Ind. s. v.

SEPTACIA.—(ἅπ. εἰρ.) 149, carm. 2. 46 ap. tit.: Epigrammata de murena [1] inl. F. Firminae quae in septacia (cod. B,) septicio (ceteri cod.) clauditur,

[1] id est "catena quae ad collum ornandum aptatur."—Isid. Orig. XIX. 31. 14.

ita tenuis est. Septacia autem meo iudicio est legendum: primum quod codices pistacio,[1] Vogeli coniect., minime probant; tum quod septicio lectio corrupta videtur;[2] deinde quia nihil impedit quin Ennodi tempore nomen esset septacia—instrumentum vel receptaculum—quod notionem rei parvulae sibi adiunxit. Idem forsitan significet ac pera.[3]

STIRIA.—206. 26: tunc in campo hiems et iugi pruinarum candore velata caesaries barbam stiriis inplicuit.

(E) DEMINUTIVA.

Sunt quidem masculini, feminini necnon neutri generis: qua in re differunt a deminutivis apud Graecos-ιον finitis, quae vero nominum retinent genus e quibus derivantur.[4] Deminutiva porro apud Latinos ad sermonem pertinent vulgarem, ut ex opere Probi Appendix aliisque fontibus aperte constat.[5]

---

[1] cf. Vogel, Woelff. Arch. f. Lat. Lex. I. p. 270.

[2] cf. Hartel, Ind. ad Edit. Ennod. p. 630. s. v.

[3] cf. Forcellini-De-Vit, Glossarium s. v.: "Septacius, Thes. Nov. Latin. p. 151 Mai: septacius, capissidilis, pera."

[4] cf. Lindsay, Lat. Lang. ch. V. p. 333.

[5] cf. Lindsay, op. cit. ch. V. 24 p. 333, ubi citat. Prob. Append.—cf. A. Weinhold, Woelff. Arch. f. Lat. Lex. IV. p. 169 sq.: Genuswechsel der Deminutiva.—cf. Lorentz, Ausgewaehlte Komoedien des T. M. Plautus, 1883, Einleitung zum Pseudolus, p. 58 sq.—cf. F. T. Cooper, Word Formation In The Roman Sermo Plebeius, p. 164 sq.

I. DE DEMINUTIVIS MASCULINI GENERIS.

a. QUAE AB USU OPTIMORUM SCRIPTORUM RECEDUNT:

INDICULUS.—116. 15: de quo indiculum destinavi. —197. 19: divinis tamen legibus cognationem indiculo conprehensam in matrimonio licere sociari . . . noveritis.—cf. Symm. ap. M. G. H. 6. epist. 6. 48 (49); epist. 7. 81 (82) Apud Avitum autem indiculum invenitur. cf. Avit. ap. M. G. H. 6. p. 61. 34: Haec ergo . . . quaedam . . . indicula. Apud Greg. Turon. indiculum et indiculus usurpantur.— —cf. Greg. Turon. Hist. F. 8. 28; 8. 2.—Ennodium vero indiculus non indiculum adhibuisse ex eius operibus minime omnino constat: cuius enim generis sit indiculum (116. 15) vel indiculo (197. 19) ex textu ipso nequaquam concludi potest. Mea autem sententia Ennodius indiculus adhibuit ex eo praecipue quod Hormisdas, quo usus est Ennodius familiarissime, quique una cum Ennodio vocabula non pauca ad inferioris aetatis sermonem pertinentia servat,[1] indiculus non indiculum usurpasse traditur.—cf. Hormisd. Pap. ap. Baron. Annal. a. 515, n. 24; a. 519, n. 3, ubi indiculus legitur.

INFANTULUS.—(ἄπ. εἰρ.) 114. 33: et illud domni Laurenti quod mundi necessitatibus succurrit ingenium in ministerio huius exercetur infantuli.—Salvian. ap. C. S. E. VIII., VI. 92.—Vict. Vit. ibid. VII., II. 14.—Sulp. Sev. ibid. I. Dialog. I. 11. 1.

---

[1] e. g. paginalis et votive: Hormisd. ap. C. S. E. XXXV. pp. 550. 5; 664. 12; 690. 21.

MODULUS.—71. 21: unum rogo, ut pro modulo meo rescripta taxentur.

PENICULUS.—24. 27; si ficta sunt quae scribis et peniculo decorata mendacii . . . —57. 26: fallaciae peniculo depicta verba.—Plaut. Men. I. 1. 1.—Id. ibid. II. 3. 40.—Id. Rud. IV. 3. 69.—Sedul. ap. C. S. E. X. Carm. V. 2. 55.—Iust. Aug. ad Hormisd. ibid. XXXV. p. 700. 1.

β. QUAE PRIMUM LEGUNTUR:

APUD ENNODIUM	APUD HIERONYMUM[1]	
	bacellus	cereolus
	bombulus	hinnulus leunculus
	cassiculus	humerulus

II. DE DEMINUTIVIS GENERIS FEMININI.

α. QUAE AB USU OPTIMORUM SCRIPTORUM RECEDUNT:

CASELLULA.—(ἅπ. εἰρ.) 318. 6: ut vel de casellulis ipsius ordinatione vestra dum ab eis fisci onera derivantur, ad praefatae alimenta sufficiant.—Cassiod. Expos. in Psl. 78. 2.—cf. Casella, Concil. Agath. (Migne L. P. 84, 264) c. VII.

CELLULA.—(ἅπ. εἰρ.) 189. 42: his dictis dimissam fratribus cellulam, quos ibidem praedicti amor congregaverat, apud Lirinum inprovidus adparuit.—Teren. Eun. 2. 3. 17.—Avit. ap. M. G. H. 6. p. 179. 27.—Arnob. ap. C. S. E. IV. p. 217. 1.—Caes. Arelat. Reg. ad Virg. 7.

[1] cf. H. Goelzer, o. c. p. 14.—cf. C. Paucker, De Lat. B. Hier. p. 55.

CIVITATULA.—(ἅπ. εἰρ.) 100. 15: circa muros Ticinensis civitatulae.—Sen. Lud. De Mort. Claud. 9. 4.—Apul. Met. X. 209.

CUCULLA.—(ἅπ. εἰρ.) 305. 7: accepi cucullam qualem debuit dirigere religionem profitenti.—Paul. Nol. ap. C. S. E. XXX., carm. XXVIIII. 390.

CUMBULA.—53. 13: Tullianae enim profunditatis pelagus ingressi cumbulam nostram quaestionum . . transmittunt.—Plin. epist: 8. 20. 7.—Sidon. ap. M. G. H. 8. p. 26. 5.

FACULTATULA.—(ἅπ. εἰρ.) 73. 28: nam universas matris eius facultatulas a Florisa . . . adserit fuisse conpetitas.—Caes. Arelat. Reg. ad Virg. 4.

GUTTULA.—(ἅπ. εἰρ.) 257. 8; honore salutationis accepto, gustum de guttulis, ut fratrem decet a fratre, directa suscipite.—Paul. Nol. ap. C. S. E. carm. XXIV. 427.—Claud. Mamert. ibid. XI. p. 114. 20.

RANULA.—(ἅπ. εἰρ.) i. q. linguae morbus, 275.17: indico me gravi corporis inaequalitate laborare, quam. . . . distentam per tormenta ranulam longis hominibus coaequabo.—Apul. Met. XI. 246.

SCEDULA.—(ἅπ. εἰρ.) 46. 10: quandam scedulam, quae ipsi remanere potuit, ostrum mihi nobilitatis ingessit.

SPORTULA.— (ἅπ. εἰρ.) 290. 10: domine mi, cultum salutationis inpertiens preces adicio, ut consularem sportulam cum responso praefatae petitionis adcipiam. —Plaut. Men. 1. 4. 1.—Suet. Ner. 16.—Juven. Sat. 1. 95.—Sidon. ap. M. G. H. 8. p. 131. 6.

VERNULA.—297. 14: suscepi tamen . . sanguinis mei vernulam.—Sen. Prov. I. 6.—Sidon. ap. M. G.

H. 8. p. 171. 2.—Avit. ibid. 6. p. 94. 8.—Symm. Pap. ap. C. S. E. XXXV. p. 448. 20.

β. QUAE PRIMUM LEGUNTUR :

APUD ENNODIUM	APUD HIERONYMUM[1]	
casellula	caricula	habitatiuncula
	catenula	interpretatiuncula
	(civitacula)	
	civitatula	lucernula
	cochleola	mansiuncula
	controversiola	mappula
	cuculla	murenula
	dictatiuncula	parvula
	expositiuncula	praefatiuncula
	familiola	schedula
	farinula	sorbitiuncula
	fricticula	speluncula
	fuscinula	stellula
	gallicula	substantiola

III. DE DEMINUTIVIS GENERIS NEUTRI.

α. QUAE AB USU OPTIMORUM SCRIPTORUM RECEDUNT :

EXAGILLUM.— (ἄπ. εἰρ.) 108. 14 : omnibus sacerdotibus in itinere positis munificus communis adfabilis et quasi exagillum relinquens se ipso praestantior.[2] Exagellam apud Sirmondi, Harteli Vogelique editiones legitur. Sirmondius (cit. a Vog. Ind. s. v.) ita exponit : "hoc est, ut interpretor, normam et

[1] cf. H. Goelzer, o. c. p. 14.

[2] exagelliam B, exagellam ceteri codices.

exemplum. Exagellam enim appellasse videntur libram seu trutinam, ab eo scilicet fonte, a quo et aginam et exagium."[1] cf. Du Cange, Glossar. s. v. exagella: "trutina, seu potius pars quae unicuique heredum ex successione obvenit." Exagillum autem coniecit Bonnet[2] ex libello de virtutibus S. Joannis ap. et evang. (ex textu Cod. Fabric. apocryph. N. T. II. 582): "quid igitur vobis pro exagillo relinquam?" Quae quidem coniectura mihi arridet: primum quod codices inter se discrepant; deinde quia, ut animadvertit Bonnet, "dass i in B (exagelliam) mag von einer falsch verstandenen Korrektur des e in i herstammen, das a einfach verschrieben sei fuer u"; postremo propter maximam locorum similitudinem, ut: quasi exagillum relinquens et pro exagillo relinquam. Huc accedit quod adiectivum exagilarius legitur apud Regul. Magist. c. 91 (Migne L. P. 88, 1044 c): "fratribus suis . . . exagilario munus titulo derelinquat."

INGENIOLUM.— 27. 18: suspendistis hactenus ab ingenioli mei ariditate . . . cf. 302. 32.— Ruric. epist. I. 9.— Cassian. ap. C. S. E. XVII., c. Nest. praef. 2.

VASCULUM.— 63. 28: dum de veteri tonante nova merito vascula praeparantur.— Faust. Reien. ap. C. S. E. XXI. p. 324. 14.— Quint. Inst. 1. 2. 28.— Apul. Met. XI. 246.—Juven. Sat. II. 140.

---

[1] cf. A. J. P., vol. 6. p. 471.

[2] cf. Bonnet, Woelffl. Arch. f. Lat. Lex. II. p. 132.

β. QUAE PRIMUM LEGUNTUR :

APUD ENNODIUM	APUD HIERONYMUM[1]
	cellariolum
	ciliciolum
	commonitoriolum
	dextraliolum
	monasteriolum
	mortariolum
	olfactoriolum
	patrimoniolum
	pectusculum
	pileolum
	pittaciolum
	praetoriolum
	scriniolum
	tectulum
	tuguriunculum

Si igitur deminutiva permulta,[2] quibus usus est Hieronymus, atque facilitas qua nova fecit, assidue spectentur, multum discriminis eum inter et Ennodium esse constat. Ut C. Paucker verba mea faciam:[3] "vix ullo derivativorum in genere Hieronymus tam multa pro portione ostendit exempla ipsi peculiaria aut quorum nobis auctor sit primus . . . ita ut plus septimam partem omnium, quas e latinis literis cognitas habemus nominum appellativorum formas deminutivas Hieronymus videatur adhibuisse." Sermo vero Ennodianus gravior est quam ut linguam vulgarem nimis sapiat. Apud Hieronymum insuper agitur de quattuor deminutivis prave formatis :[4] catenula, fuscinula, humerulus, tuguriunculum. Idem

[1] cf. H. Goelzer, o. c. pp. 14, 15.

[2] cf. H. Goelzer, o. c. p. 125: "Il n'y a pas dans la langue latine de dérivés dont saint Jérôme se soit servi plus volontiers. Non seulement il en a créé environ cinquante pour sa part, mais il en a emprunté un nombre considérable aux différentes périodes de la langue."

[3] cf. C. Paucker, De Lat. B. Hier. p. 57.

[4] cf. H Goelzer, o. c. pp. 127, 128.

autem de Ennodio nequaquam praedicari potest. Quare Vogeli[1] iudicium de Ennodio scriptore memoria semper tenendum videtur: "Im ganzen sind jedoch grobe Barbarismen nicht sehr haeufig bei E. Denn so sehr er auch in Geschmacklosigkeit schwelgt, mit der Grammatik sucht er doch auf friedlichem Fusse zu stehen."

(E) NOMINA COMPOSITA.

I. DE NOMINIBUS GENERIS MASCULINI.

a. QUAE AB USU OPTIMORUM SCRIPTORUM RECEDUNT:

ADNISUS.— (ἄπ. εἰρ.) 192. 27: deflent praemia sua, quae adnisu roboris exegerunt.

CONFAMULUS.— (ἄπ. εἰρ.) 282. 26: confamulum meum fratrem Florum.— Paul. Nol. ap. C. S. E. XXIX. p. 138. 2 et p. 204. 10.— Greg. Mag. epist. 5. 30 (bis.)— Theod. Episc. ap. C. S. E. XXXV. p. 617. 16.— Epiphan. Schol. Eccl. Hist. I. 19 (ap. Cassiod. Hist. Tripart., Migne 69.)

FIDEIUSSOR.— (ἄπ. εἰρ.) 222. 9: fideiussor et executor definita die defuerunt.— Salvian. epist. IV. 38. 39.— Cod. Theod. 3. 21. 1.— Leon. Mag. serm. XVII (XVI) c. 2.— Valerian. Homil. VIII.— Avit. ap. M. G. H. 6. p. 50. 10.

QUADRIIUGI.— 106. 21: cum . . . quadriiugum ad caelestia pro merito suo raperetur excursu.

RURICOLA.— 79. 5: quando integrum fenus ruricolis arva dissolvunt.

---

[1] cf. Vogel, Woelffl. Arch. f. Lat. Lex. I. p. 266.

II. DE NOMINIBUS GENERIS FEMININI.

a. QUAE AB USU OPTIMORUM SCRIPTORUM RECEDUNT:

CORNIPES.— 206. 1: quemadmodum fit, ut ieiunae cornipedis sessor visceribus cibos extrahat.— cf. 211. 22.— Claudian. Stil. I. 357.

INCLEMENTIA.— 324. 2: quantum docet inclementia . . .

INFECUNDITAS.— 63. 17: . . . ne numerosa proles per sinistros actus infecunditatem parientis ostendat. — Tac. Ann. IV. 6.— Leon. Mag. serm. XVIII. (XVII) c. III.

INMURMURATIO.— 189. 13.

INPENSIO.— 119. 14; 180. 28.

LONGAEVITAS.— 14. 4.

OMNIPOTENTIA.— 110. 13.

PRAECOGNITIO.— 53. 26.

PRAEFIGURATIO.— 103. 8.

PRAELOCUTIO.— 51. 36.

PRAENOTATIO.— 49. 28.

PRAESCIENTIA.— 45. 20: quid faciam, quando rescribenda vos scribitis et pro bono praescientiae caelo vobis obsequente concessae, quidquid alienum pectus potuit investigare, narratis?—cf. 232. 18.— Aug. De Praedest. Sanct. n. 25.— Avit. ap. M. G. H. 6. p. 19. 13.

III. DE NOMINIBUS GENERIS NEUTRI.

a. QUAE AB USU OPTIMORUM SCRIPTORUM RECEDUNT:

PRAESEGMEN.— 2. 5; 5. 14.

β. QUAE PRIMUM LEGUNTUR:

APUD ENNODIUM	APUD HIERONYMUM[1]
bimaritus	incircumcisio
coevangelista	indoloria
cohaereticus	prolimen
compropheta	semisermo
semichristianus	subdivisio
semiiudaeus	transanimatio
beneplacitum	deicola
circummurale	unicuba
comparticipatio	vociductus
imperturbatio	centoculus
impoenitentia	longimanus

(F.) ADIECTIVA SUBSTANTIVE USURPATA.

I. DE ADIECTIVIS GENERIS MASCULINI.

α. QUAE AB USU OPTIMORUM SCRIPTORUM RECEDUNT :

ALTISSIMUS.—i. q. Deus, 227. 13: reddat pro parvitate mea Altissimus. . . .

CELLULANUS.—(ἅπ. εἰρ.) 12. 2. ap. tit.: iussi sunt omnes episcopi cellulanos habere (=contubernales clericos vitae episcoporum actuumque testes.—Sirm. not. p. 72, cit. ap. Vog. Ind. s. v.).—Sidon. epist. 9. 3. 4.

CHARTARIUS.—(ἅπ. εἰρ.) 231. 24: in negotio igitur, quod inter Bautonem regiae domus conductorem et Epifanium chartarium vertitur'—Cassiod. ap. M. G. H. 12. p. 363. 18.

[1] cf. H. Goelzer, op. cit. p. 15.

CLASSICUS.—(i. q. aequalis, collega, cf. Vog. Ind.)— 114. 23: ergo classico meo . . . . indices animae meae dictiones attuli.

CONCELLANEUS.—(ἅπ. εἰρ.) 13. 8: quem substantiae exilitas non permiserit habere consortem, ipse concellaneus fiat alterius.—cf. Aug. Qu. hept. II. 39: "et muliere a vicina sua et concellaria vel concellanea (si ita dicendum est) vel cohabitatrice sua."

GERMANUS.—(i. q. frater) 34.33: Ambrosius noster decedentem germanum teste afflictione libello prosecutus est.

GIBBUS.—86. 18: ne fractura manus aut fractura pedis aut gibbus indignum altaribus reddat antistitem.—Juven. Sat. 10. 294.

INCIPIENS.—(i. q. discipulus, cf. Vog. Ind.) 244. 5: est propositi nostri prima curatio, ut de incipientis laude . . . ad deum vota mittamus.

INFANS.—i. q. puer, cf. Htl. Ind.) 308. 15: ergo infante Valentino Romam petente.—cf. 150. 13: itaque aut perfectos nos laetitia monstrant aut infantes (i. q. mutos) facit adversitas cf. Hor. Sat. 1. 6. 57.

INPETITUS.—(i. q. accusatus, cf. Vog. Ind.) 57. 16: post desolatum, post inpetitum pontificem . . .

OPICUS.—(i. q. rusticus), 248. 20: opicis nolens pretiosa dare verba.—cf. Tiron. ap. Aul. Gell. 13. 9. 4.

ORIGINARIUS.—306. 15: succurrite his quos et patria terra captivat, quibus et invidia est cum originariis et condicio dolenda cum profugis.

PULSATUS.—(i. q. accusatus, cf. Vog. Ind.) 54. 11: ut nec sine inpugnatione insons viveret nec

solacium de incorrupta iudicum inquisitione pulsatus.

TABULARIUS.—219. 15: ut cartam, quam in causa Laurenti tabularii Comensis fecistis . . . — Sidon. ap. M. G. H. 8. p. 105. 3.—Cassiod. ibid. 12. p. 151. 11.—Cod. Theod. 8. 1. 12.

TEMERARIUS.—37. 11: in hac ergo parte pudoris volens vitare dispendium nolo evadere opinionem temerarii.

VEREDARIUS.—259. 21; quantum in festinatione veredarii potui, scripsi.—Sidon. epist. V. 7. 3.—Paul. Nol. ap. C. S. E. XXIX. p. 241. 2.

β. QUAE PRIMUM LEGUNTUR:

APUD ENNODIUM	APUD HIERONYMUM[1]	
concellaneus	caementarius	hebdomadarius
	cucurbitarius	lignarius
	gallicarius	scordiscarius

II. DE ADIECTIVIS GENERIS FEMININI.

α. QUAE AB USU OPTIMORUM SCRIPTORUM RECEDUNT.

COMMENDATICIAE.—78. 2: transcribit enim ad aliena iura sudorem suum qui debere vult commendaticiis (sc. litteris) quod meretur.—Ruric. epist. II. 17.

CONSOLATORIA.—34. 20. ap. tit: Ennodius Armenio Consolatoriam (sc. paginam).—cf. 34. 21: consolatoriam ad te paginam non emisi.—cf. Cic. Ad. Att. 13. 20. 1: litteras accepi . . . consolatorias.

[1] cf. H. Goelzer, op. cit. p. 14.

—cf. Suet. In Othon. 10 : codicillos . . . ad sororem consolatorios.

GERMANA.—(i. q. soror, cf. Vog. Ind.) 48. 15 : sed quae iniunxistis de religiosis feminis Speciosa et germanis eius . . .

INCENTIVA.—(ἀπ. εἰρ.) 61. 13 : ad incentivam confusionis aptatur.

III. DE ADIECTIVIS GENERIS NEUTRI.[1]

a. QUAE AB USU OPTIMORUM SCRIPTORUM RECEDUNT:

CAELESTIA.—(i. q. caelum).—106. 22 : cum . . . ad caelestia pro merito suo raperetur.

CONVALLIA.—15. 36 : per praerupta convallia et patulos cohaerentium hiatus montium.

CONVEXA.—(i. q. caelum).—100. 20 : tibi caeli serena militarunt, tibi convexa pluvias pro voto fuderunt.

DIVIDUUM.—77. 14 : quid exigendum ab illo sit, cuius dividuum salutis busta clauserunt.

DIVINA.—(i. q. Deus).—146. 24 : tirocinia canae dignitatis suis muniant divina consiliis.

INTERMISSA.—(opp. novitas).—132. 24 : licet sicut novitas, ita habeant intermissa formidinem.

LAETA (opp. tristitia).—77. 17 : nec dividi me posse ab eius tristitia, quem mihi pro voluntatum similitudine non nunquam laeta iunxerunt.

LIQUIDUM.—92. 33 : ad liquidum conatus illius aperiamus.

---

[1] cf. Htl. Ind. s. tit.: adiect. gen. neut. substantive.

PROFUNDUM (i. q. mare).—3. 9 : currit ut fluvius, fluctuat ut profundum.

PROPRIA (i. q. patria).—81. 31 : gratias ago quod, . . . vos . . . reduxit ad propria.

VERNUM (i. q. ver).—2. 16 : cum colore distincta gemmato verni opibus prata ditescunt.—cf. Aug. de Gen. ad litt. imperf. lib. 13. (Zycha,p. 487, 20.)

(G) PARTICIPIA SUBSTANTIVE USURPATA.

I. DE PARTICIPIIS GENERIS MASCULINI.

a. QUAE AB USU OPTIMORUM SCRIPTORUM RECEDUNT :

CASTIGANS.—(i. q. magister) 7. 37 : ponderibus ornetur dictio castigantis.

ERRANS.—37. 19 : gravius inventorem percutit vindictae novitas quam errantem.

MALEDICENS.—12. 8 : nec bonorum facem meritorum maledicentis credendum est extingui posse conflatu.—Ambros. De Off. III. c. 9.

SUPERAEDIFICANS.—122. 9 : qui enim in restaurationem aedis essent necessarii nisi architectus et petra, nisi lapis et superaedificans . . . ?

SUSCEPTUS.—(i. q. cliens, cf. Vog. Ind.) 116. 24 : ut susceptum suum ad iudicia destinaret.

TONANS (i. q. Juppiter, cf. Vog. Ind.)—63. 27 : dum de veteri tonante nova merito vascula praeparantur . . —cf. 324. 15 : haec nec dexter Junonis oculus nec summi tonantis patietur aspectus.

II. DE PARTICIPIIS GENERIS FEMININI.

a. QUAE AB USU OPTIMORUM SCRIPTORUM RECEDUNT:

EXPENSA.—83. 19: postulavit ut expensa quae pro necessitatibus domni papae . . . facta est . . . —Faust. Reien. ap. C. S. E. XXI. p. 126. 19.

PACTA (i. q. sponsa).—104. 38: offerat pactae suae munus quod et Christus accipiat.—cf. Plaut. Trin. 2. 4. 99.

III. DE PARTICIPIIS GENERIS NEUTRI.

a. QUAE AB USU OPTIMORUM SCRIPTORUM RECEDUNT:

ABSCONDITUM.[1]—50. 9: libris vestris nudantur abscondito.—cf. 78. 12: decus clari sanguinis non tenetur abscondito.

CONDITUM.—96. 35: . . . sine nummorum adtollere condito non expavit.—cf. 101. 33: et aurum apud nos habetur in conditis?

EDECUMATA.—81. 27: qui rancido despicientes cuncta neglectu etiam edecumata condemnant.—cf. Symm. ap. M. G. H. 6. p. 86. 16.

SALUTATUM.—40. 16: domine, ut supra, honorem salutati exhibens precor . . . (cf. Vog. Ind.).

STATUTA.—37. 4: ego conscientiam vestram appello iam statutis fidelibus obligatam.

---

[1] cf. Appendicem.

CAPUT SECUNDUM.

DE ADIECTIVIS.

I. DE ADIECTIVIS -*ORIUS* DESINENTIBUS.

α. QUAE AB USU OPTIMORUM SCRIPTORUM RECEDUNT:

GESTATORIUS.— 67. 3 : ecce nunc ad gestatoriam sellam . . . vestra mittunt lumina.— Suet. Ner. 26. —Sidon. ap. M. G. H. 8. p. 134. 23.— Vulg. II. Macc. 3. 27.

SARSORIUS.— (*ἀπ. εἰρ.*) 169, carm. 2, 91 ap. tit.: De marmoribus opere sarsorio (= musivo, Sirm. not. 95, cit. a Vog. Ind.) —cf. Caes. Arelat. Reg. ad Virg. c. 42.— cf. Greg. Turon. Hist. F. lib. 2, c. 16.

β. QUAE PRIMUM LEGUNTUR:

APUD ENNODIUM	APUD HIERONYMUM[1]
	dispensatorius
	exhortatorius

Interest quidem ut verba Goelzer[2] his de adiectivis proferantnr: "Ils sont surtout fréquents dans la latinité postérieure (cf. C. Paucker, Spicil. p. 148, N 30):" quod vero de Ennodio minime affirmari potest.

II. DE ADIECTIVIS -*OSUS* DESINENTIBUS.

Iamiam nobis est agendum de adiectivis denomi-

[1] cf. H. Goelzer, op. cit. p. 15.
[2] cf. H. Goelzer, op. cit. p. 148.

nativis, quae quidem significant Anglice dicendo possessed of, abounding in, -ful,[1] aliquandoque resembling, like. Quibus cum adiectivis conferenda sunt adiectiva apud linguam Sanskriticam -vant finita et adiectiva apud Graecos quae -εντ- in casibus obliquis exhibent.—cf. Lat. formōsus (formōnsus) et Gr. χαρί-εντ-ος.—cf. Lat. aquōsus et Skr. ápa-vant = aqua abundans. Si igitur quaeratur de adiectivis huiusmodi apud Latinos formandis, hoc esse tenendum videtur:[2] e. g. Luminōsus=luminōnsus =luminontius=lumin-vant-io-s.—cf. Lat. vīrōsus pro vīrōnsus: Skr. viśá-vant.—cf. nīvōsus (Gr. νιφόεις.)—cf. Gr. δολόεις: Lat. dŏlōsus pro *dolovenssus.—cf. Lat. vīnōsus (Gr. οἰνόεις)=vini plenus vel vino similis.[3]—cf. Skr. Indrasvant=Indrae similis.[4] Haec denique legimus apud Aulum Gellium de adiectivis -osus desinentibus: "[5] Formidulosus dici potest et qui formidat et qui formidatur, ut invidiosus et qui invidet et cui invidetur, ut suspiciosus et qui suspicatur et qui suspectus est, ut ambitiosus et qui ambit et qui ambitur, ut item gratiosus et qui adhibet gratias et qui admittit."

---

[1] cf. Lat. aestuōsus, mōnstruōsus: Gr. Ἰχθυώδης.—θριδακώδης. —cf. Woelffl. Arch. f. Lat. Lex. V. p. 216.

[2] cf. O. Schenworth et. C. Weyman, Ueber die lat. adj. auf -osus, Archiv. f. Lat. Lex. V. p. 194.

[3] cf. Lindsay, Lat. Lang. ch. V. 65, 66, p. 353.—cf. Brugmann, Grundriss, II. 1. 127 pp. 379-382.

[4] cf. Brugmann, Grundriss, II. 1. 127 p. 380, Anm. I.

[5] cf. Aul. Gell. Att. Noct. IX. 12.

a. QUAE AB USU OPTIMORUM SCRIPTORUM RECEDUNT:

AFFECTIOSUS.—(ἅπ. εἰρ.) 304. 6: et affectiosam servavit pudicitiam.—Cassiod. ap. M. G. H. 12. Var. I. 21. 1; V. 2. 1.—Tert. De Anima, 19.—Cassiod. Complex. in Epist. Apost., in epist. ad Rom. n. 18, VIII. 31.

ANNOSUS.—12. 17: quasi . . . ad poenam reos lex annosa non teneat.—Aug. Confess. 1. 7.—Symm. epist. 6. 14. 1.—Prosp. Voc. Gen. 2. 22.

ARENOSUS.—72. 26: arenosus coluber.—Lucifer. ap. C. S. E. XIV. p. 324. 13.—Claudian. ap. M. G. H. 10. Stil. I. 339.—Ambros. de excess. frat. II. 57.

CARIOSUS.—13. 34: cariosas fores robustus reseravit inpulsor.—cf. 125. 20: cariosam . . . taciturnitatem.—Vict. Vit. ap. C. S. E. VII., I. 26. Lact. Div. Inst. V. 12. 13.

CLAMOSUS.—248. 16: redit ad mortales vicissitudo clamosae solitudinis.—Quint. Inst. 6. 4. 15.—Juven. 14. 191.

DECEPTIOSUS.—(ἅπ. εἰρ.) 17. 5: auditurum se deceptiosis et blandis promisit inlecebris.—Rufin. Origin. περὶ ἀρχῶν. lib. II. c. 4. 3.—Cassiod. Exposit. in Psl. 9. 29; 15. 4.

DELICIOSUS.—(ἅπ. εἰρ.) 7. 35: quaerite apud me non blanda sed necessaria, non deliciosa sed fortia.—Sedul., Pasch. carm. Praef. 8.

EXOSUS.—168. 23: recipiat nos pro remediis exosa navigatio.—Macrob. Sat. I. 11. 45.—Lucif. ap. C. S. C. XIV. p. 15. 26.

FRAGOSUS.—108. 20: velut Scylleos canes et . . .

Carybdis fauces fragoso . . . murmure minitantes. —Quint. Inst. 9. 4. 7.—Claudian. laud. Stil. III. 337.

GULOSUS.— 87. 5 : terrenum marginem gulosus Padani gurgitis morsus adrodit.— Sen. Q. N. 3. 18. 7. —Juv. 11. 19.

INLECEBROSUS.— 7. 34 : non faleratus sermo, non inlecebrosa tantum et depicta fucis narratio delectet. — Sidon. ap. M. G. H. 8. p. 9. 24.— cf. Plaut. Bacch. I. 1. 54 : inlecebrosius.

INRELIGIOSUS.— 33. 6 : inreligiosum ergo circa amantem tui in meliorem partem verte propositum. — Tert. ad. Nat. I. 17.— Arnob. ap. C. S. E. IV. p. 201. 21.— Cassiod. ap. M. G. H. 12. p. 182. 18.

LACRIMOSUS.— 45. 13 : cum lacrimoso gaudio dixi.

LUCROSUS.— 114. 34 : sub lucrosa commutatione. — Tac. Agr. 19. 19.

NUMEROSUS.— 63. 17 : numerosa proles.— Tac. Agr. 17.— Avit. ap. M. G. H. 6. p. 62. 14.

ONEROSUS.— 298. 30 : aut ego rederer officiis onerosus et actionibus infecundus.— Plin. Paneg. 44.— Symm. ap. M. G. H. 6. 266. 10.

POMPOSUS.— 70. 6 : nemo peritiam pomposa elocutione condemnat.— Sidon. ap. M. G. H. 8. p. 61. 6. — Cassiod. ibid. 12. p. 242. 26.

POPULOSUS.— (ἅπ. εἰρ.) 312. 7 : populosis (i. q. multis) nutriatur erroribus.— Avit. ap. M. G. H. p. 109. 10.— Sidon. carm. 15. 27.— Venant. Fortun. carm. VII. 10. 16.

PRODIGIOSUS.— 207. 5 : per flamen prodigiosum.— Tac. Hist. 3. 36.— Quint. Inst. 1. 1. 2.

PRUINOSUS.— 33. 15 : dum pruinosa respicis iuga. — Ov. Met. 4. 82.

RIMOSUS.— 29. 8 : per testudinis rimosa.— cf. 51. 8 : rimosam memoriam non accuso.— Aul. Gell. 17. 11. 1.— Propert. 3. 9. 16.— Plin. N. H. 16. 79.

RUBIGINOSUS.— 27. 21 : rubiginosos lingua et sensu hebetes. – Plaut. Stich. I. 3. 77.— Apul. De Deo Socrat. 673.

SINUOSUS.— 56. 25 : praesta, domine, ut labyrinthi huius sine errore sinuosos superemus amfractus; . . . — cf. 130. 29 : ne sinuosis in longum procedant verba praeloquiis.— Quint. Inst. 2. 4. 3.— Aul. Gell. 14. 2. 13.

ULCEROSUS.— (ἄπ. εἰρ.) 49. 32 : inter oves ulcer -osas deputandus.— Tac. Ann. 4. 57. 11.— Epiph. Constant. ap. C. S. E. XXXV. p. 750. 29.

β. QUAE PRIMUM LEGUNTUR :

APUD ENNODIUM	APUD HIERONYMUM[1]
	fetosus inherbosus venenosus

III. DE ADIECTIVIS *-EUS*, *-ACEUS*, ET *-ANEUS* DESINENTIBUS.

Materiam quidem qua aliquid est confectum, significant, ut : flammeus, corneus, viteus. At vero apud Latinos syllabae -ko- et -qu̯o- his in adiectivis formandis confusae esse videntur :[2] terminatio igitur -āceus pro -ācus invenitur, exempli causa : herbāceus, gallināceus, arundināceus.[3]

---

[1] cf. H. Goelzer, op. cit. p. 15.—cf. C. Paucker, Lat. B. Hier. p. 52.

[2] cf. Lindsay, Lat. Lang. ch. V. 31 p. 337.

[3] cf. Lindsay, Lat. Lang. ch. V. 31. p. 337.

a. QUAE AB USU OPTIMORUM SCRIPTORUM RECEDUNT.

ARBOREUS.— 2. 5 : cum in blandam lucem novelli praesegminis comae explicantur arboreae.— Cyprian. ap. C. S. E. ed. Htl. p. 353. 2.

CROCEUS.— 208. 10 : cum primum aurora bigis in croceis ortum iubaris indicavit.— Petricor. ap. C. S. E. XVI., Vit. Mart. III. 199.

FULMINEUS.—(ἅπ. εἰρ.) 214. 18 : ut sit in ira sine conparatione fulmineus.—Sedul. ap. C. S. E. X. carm. I. 184.— Paul. Nol. ibid. XXX., carm. XXVI. 129.

MOMENTANEUS.— 89. 39 : sub momentanea.. . . voce dixerunt.— Cassian. ap. C. S. E. XIII., Conlat. VI. 11. 10.— Avit. ap. M. G. H. 6. p. 30. 5.— Ambros. De Off. I. c. 29.— Caes. Arelat. Homil II. b.

NECTAREUS.— 19. 22 : ceram paravit nectareis partubus feta virginitas.—Sedul. ap. C. S. E. X. p. 184. 9.— Paul. Nol. ibid. XXX. carm. XXII. 159.

NEMOREUS.— (ἅπ. εἰρ.) 94. 29 : elegebat secessum nemorea fronde conclusum.

ROMULEUS.— 24. 1 : fuco Romuleae calliditatis.

SPONTANEUS.— 313. 19 : clari operis spontanea cura.— Sidon. ap. M. G. H. 8. p. 118. 27.— Avit. ibid. 6. p. 8. 18.— Macrob. Somn. Scip. II. 16. 13.— Ambr. De Off. I. c. 31.— Cod. Theod. 6. 4. 27.

STUPPEUS.—112. 31 : tunc stuppea in ventos . . . frena laxantur.

SUPERFORANEUS.—40. 10 : in litteris vestris superforaneam cautionem . . . expavi.—cf. 56. 28 : superforaneum quidem est . . . respondere.—Symm. epist. 3. 48.—Sidon. ap. M. G. H. 8. p. 11. 16.

β. QUAE PRIMUM LEGUNTUR:

APUD ENNODIUM	APUD HIERONYMUM[1]	
nemoreus	adipeus	sacceus
	farinaceus	testeus

Hoc vero in loco ad rem spectat ut verba Goelzer nostra faciamus:[2] "Quant aux adiectifs en -aceus, ils paraissent assez rares en ancien latin." Apud Hieronymum quidem tria, chartaceus, farinaceus et frumentaceus inveniuntur,[3] quorum unum, scil. farinaceus ab eo formatum videtur: apud Ennodium contra ne unum quidem citari potest.

IV. DE ADIECTIVIS *-ACUS* ET *-ICUS* DESINENTIBUS.

Primum igitur nobis est tractandum de iis adiectivis quae -acus finiuntur, quaeque apud eos praesertim qui de medicina scripserint, leguntur, e. g. peripneumoniacus, Marcell. De Medicam. 20. 18; symphoniacus, Id. ibid. 8. 130.; elephantiacus, Id. ibid. 6, 25.

α. QUAE AB USU OPTIMORUM SCRIPTORUM RECEDUNT:

OLYMPIACUS.—247. 3: qui properatis subeunt Olympiaca bella vestigiis.—Suet. Ner. 25.

Iamvero pergamus ad adiectiva *-icus* finitia, quibuscum conferenda sunt adiectiva quae -ika-s apud linguam Sanskriticam et -ικο ς apud Graecos terminantur.—cf. Skr. paryāy-iká-s, vārš-ika-s.—cf. Gr.

[1] cf. H. Goelzer, o, c. p. 15.—cf. C. Paucker, De Lat. B. Hier pp. 70, 71.

[2] cf. H. Goelzer, op. cit. p, 151.

[3] cf. H. Goelzer, op. cit. p. 151.

ἱππ-ικό-ς, παρθεν-ικό-ς, νυμφ-ικό-ς[1]—cf. gent-icu-s, histriōn-icu-s.[2] Est praeterea notandum terminationem -tico- apud Latinos terminationi -τικο- apud Graecos convenire.[3]—cf. Lat. cēnāticu-s, herbāticu-s, volāticu-s.—cf. Gr. κριτικό-ς, μαχθητικό-ς.

a. QUAE AB USU OPTIMORUM SCRIPTORUM RECEDUNT:

DAVIDICUS.—35. 17: Davidicum tibi occurrat exemplum.—Sedul. ap. C. S. E. X. 176. 14:—Paul. Nol. ibid. XXIX. p. 90. 26.

DELENIFICUS.—10. 9: delenificam allegationem amplexus epistularis alloquii.—Plaut. Mil. Gl. 2. 2. 37.—Auson. ap. M. G. H. 5. p. 177. 1.

DOMINICUS.—88. 9: mel dominicae passionis severitatem legis condiens.—cf. 190. 13: dominici gregis legionem (i. q. monachi).—Opt. Milev. ap. C. S. E. XXVI. p. 56. 12.—Caes. Arelat. Homil. V.

ERRATICUS.—12. 4: . . . praeceptorum falce caelestium erraticos palmites de conversationis suae radice sustulerit.—cf. 49. 32: inter oves ulcerosas . . . et erraticas.—Sen. Q. N. 7. 23. 1. Aul. Gell. 9. 2. 6.—Lucifer. ap. C. S. E. XIV. p. 24. 7.

ISRAHELITICUS.—88. 8: si . . . Israhelitica per desertum agmina sequerentur.—Aug. Civ. Dei 15. 20; 16. 16.

LEVITICUS.—87. 1: festinabat ad leviticam digni-

---

[1] cf. Brugmann, Grundriss II. 1. 87. pp. 245. sqq.
[2] cf. Lindsay, Lat. Lang. ch. V 31. p. 337.
[3] cf. Brugmann, Grundriss II. 1. 87. p. 246.

tatem (i. q. diaconium).—Hilar. in. Psl. 58. 7.—Vulg. Deut. 17. 9.—Id. Jos. 3. 3.

MEPHITICUS.—(ἄπ. εἰρ.) 50. 2: sed redeamus ad gravem et venerabilem, non solum ex ala productam sed mephiticam propositionem.—Sidon. ap. M. G. H. 8. p. 50. 5.

VENEFICUS.—303. 33: mens rigore inebriata venefico.—Ovid. Met. 14, 365.—Lact. Div. Inst. V. 1. 2.—Cod. Theod. 11. 36. 1.

V. DE ADIECTIVIS -*IDUS* DESINENTIBUS.

Adiectiva quidem -idus finita ad radicem -dō- sint forsitan referenda.[1]—cf. Skr. jala-da-s (=humorem dans) et Lat. imbr-idu-s.—cf. Skr. artha-da-s et Lat. luc-idu-s.[2]

a. QUAE AB USU OPTIMORUM SCRIPTORUM RECEDUNT:

BIFIDUS.—19. 6: bifida auctoritate solidavit.—Ov. Met. 14. 303.—Claudian. ap. M. G. H. 10. Epithal. de Nupt. Honor. Aug. (X) 146.

HISPIDUS.—100. 5 (i. q. duratus): per tramitem huiuscemodi itineris cursitantem non semel hispidum castrensis pulvis effecerat.—Claudian. ap. M. G. H. 10, Paneg. dict. Prob. et Olyb. 1. 222.—Lact. de Opific. Dei 12. 13.

MORBIDUS.—317. 14: ergo exspectatur medicina de morbidis?

NINGUIDUS.—103. 27: transcendi alienis mensibus

---

[1] cf. Lindsay, Lat. Lang. ch. V. 67. p. 354.

[2] cf. Brugmann, Grundriss, II. 1. 128 pp. 383, 384.

ninguidos saltus.— cf. 108. 11 : ninguido aere.— Paul. Nol. ap. C. S. E. XXX. carm. X. 203.

PALLIDUS.— 56. 15 : si auri pallidus inquisitor occurrat.

RANCIDUS.— 81. 27 : qui rancido despicientes cuncta neglectu etiam edecumata condemnant.— Plin. N. H. 22. 46.

SCABRIDUS.— 75. 30 : quidquid scabrida poposcit lingua.— cf. 173. 31 : ut spiritus illius scabridis nequaquam laedatur officiis.— Venant. Fortun. ap. M. G. H. 4. carm. II. 9. 7.

β. QUAE PRIMUM LEGUNTUR :

APUD ENNODIUM	APUD HIERONYMUM
scabridus	

Non est autem cur miremur si Ennodius adiectivis huiusmodi abundare videatur. Memoria enim teneamus oportet Ennodium non solum sermonis pedestris fuisse scriptorem, verum etiam poetam. Itaque omnia fere adiectiva -idus finita, quibus usus est Ennodius, ad artem pertinent poeticam.

IV. DE ADIECTIVIS -*ENSIS* DESINENTIBUS.

α. QUAE AB USU OPTIMORUM SCRIPTORUM RECEDUNT :

COMITATENSIS.— 152. 14 : viros comitatensis exercitii.— Amm. Marc. 18. 4. 2.—Cod. Theod. 5. 4. 1 ; 6. 35. 7 ; 7. 1. 18.— Cassiod. ap. M. G. H. 12. p. 379. 4.

β. QUAE PRIMUM LEGUNTUR :

APUD ENNODIUM	APUD HIERONYMUM
	turrensis vallensis

VII. DE ADIECTIVIS -*INUS* DESINENTIBUS.

Adiectiva vero -īnus terminata conferenda sunt cum adiectivis apud Graecus -*ῑνο-ς* et apud linguam Sanskriticam -īna-s desinentibus.—cf. Skr. nav-īna-s : cf. Gr. *ἀγχιστ-ῑνο-ς* : cf. Lat. febr-īnu-s.[2] Terminatio porro -īnu-s (-*ῑνο-ς*) cum apud Latinos tum apud Graecos speciem significant atque saepenumero cum animalium nominibus adhibentur, puta : Gr. *κοραξ-ῑνο-ς* (ex *κόραξ*) et *τυφλ-ῑνο-ς* (ex *τυφλό-ς*); cf. Lat. bŏv-īnu-s, ĕqu-īnu-s, su-īnu-s.[3]

α. QUAE AB USU OPTIMORUM SCRIPTORUM RECEDUNT :

FESTINUS.— 267. 6 : ut . . . de excessibus ante dicti iuvenis festinus instruerem.— cf. 74. 31 : quem, si vel nolit, festinum redire conpellite.— Sidon. ap. M. G. H. 8. p. 30. 6.

INOPINUS.— 110. 6 : possessorem ex propriis abstractum sinibus inopina dote praestantem.—Plin. Paneg. 30. 5.— Tac. Ann. I. 68. 13.— Cod. Theod. 9. 45. 6.

β. QUAE PRIMUM LEGUNTUR :

APUD ENNODIUM	APUD HIERONYMUM[4]
	sturninus

[1] cf. H. Goelzer, op. cit. p. 15.

[2] cf. Brugmann, Grundriss, II, 1. 68, p. 148.

[3] cf. Lindsay, Lat. Lang. ch. V. 8. p. 325.

[4] cf. H. Goelzer, op. vit. p. 15.—cf. C. Paucker, De Dat. B. Hier. p. 74.

VIII. DE ADIECTIVIS *-US, -ANUS, -ULENTUS -FARIUS* DESINENTIBUS.

A. DE IIS QUAE -US FINIUNTUR.

α. QUAE AB USU OPITIMORUM SCRIPTORUM RECEDUNT:

BADIUS.—(ἄπ. εἰρ.) 256, carm. 2. 136 ap. tit.: De equo badio.—Pallad. lib. IV. Mart. 13. 4.

MODERNUS.—12. 18: cum temporum operator Deus . . . et antiqua iusserit et moderna disponat. —cf. 13. 6: antiquis et modernis legibus.—cf. 19. 34; 75. 17; 104. 28.—Gelas. Pap., epist. ed. Thiel. 22. —Cassiod. ap. M. G. H. 12. p. 81. 18; 84. 12.—Jordan. ibid. 5. p. 40. 9.—Pseud. Priscian. de Accent. 528. 18 Keil.—Concil. Tolet. (Migne L. P. 84) IX. c. 14.—cf. Vogel, Woeffl. Arch. f. Lat. Lex. I. p. 269, not. 1.—cf. Woelfflin, Arch. f. Lat. Lex. XII. (1902) p. 3.

VETERNUS.—176. 28: veternis Erebi legibus.—Paul. Nol. ap. C. S. E. XXX. carm. XX. 50.

β. QUAE PRIMUM LEGUNTUR:

APUD ENNODIUM	APUD HIERONYMUM[1]
	Cainus

B. DE IIS QUAE -ANUS FINIUNTUR.

α. QUAE AB USU OPTIMORUM SCRIPTORUM RECEDUNT:

MEDIANUS.—95. 36: medianas insulas . . .—Paul. Nol. ap. C. S. E. XXIX. p. 289. 19.—cf. Woelffl. Arch. f. Lat. Lex. IV. p. 43.

[1] cf.—H. Goelzer, op. cit. p. 15.

MUNDANUS.—112. 5: quidquid in mundana luce gignitur.—cf. 121. 14: vitia mundana.—Macrob. Somn. Scip. 2. 16. 26.—Avit. ap. M. G. H. 6. p. 28. 23.

C. DE IIS QUAE -ULENTUS FINIUNTUR.

α. QUAE AB USU OPTIMORUM SCRIPTORUM RECEDUNT:

FAECULENTUS.—64. 36: multa enim sunt in propositionibus vestris, quae ita faeculentis ulnis peccandi amor amplectitur . . . —Arnob. ap. C. S. E. IV. p. 134. 5.—Avit. ap. M. G. H. 6. p. 97. 12. —Cassiod. ibid. 12. p. 219. 18.

FLORULENTUS.—2. 3; cum anni renascentis infantia florulenta. . . —Ambros de obit. Valent. 11; Id. ibid. 77.

D. DE IIS QUAE -FARIUS FINIUNTUR.

Haec quidem adiectiva conferenda sunt cum adiectivis apud Graecos -*φασιος* terminatis.—cf. Lat. tri-farius: Gr. *τρι-φάσιος*.—cf. Skr. tri-vartu-s.—cf. Germ. -fach, -faeltig.[1]

α. QUAE AB USU OPTIMORUM SCRIPTORUM RECEDUNT:

MULTIFARIUS.—121. 31: aetas Christo inimica non recipit et multifariis censu laborante oblationibus supernam mercatur offensam.—Aul. Gell. 5. 6. 1.—Cassiod. ap. M. G. H. 12. p. 139. 3.

β. QUAE PRIMUM LEGUNTUR:

APUD ENNODIUM	APUD HIERONYMUM[2]
	quadrifarius

[1] cf. Brugmann, Grundriss, II. 2. 1, 182 p. 509.
[2] cf. H. Goelzer, op, cit. p. 15.

IX. DE ADIECTIVIS *-ARIUS* DESINENTIBUS.

α. QUAE AB USU OPTIMORUM SCRIPTORUM RECEDUNT :

EPISTULARIUS.—(ἅπ. εἰρ.) 32. 24: ad morem tamen scriptionis epistulariae me reduco.—Ruric. epist. II. 16 fin.—Greg. Mag. epist. I. 21.—cf. Salvian. de gub. Dei V. 30.

LITTERARIUS.—70. 12: ago . . . gratias quod parvitatem meam litterarii sermonis visitatis affatu. —Quint. Inst. 1. 4. 27.—Tac. Ann. 3. 66.—Symm. ap. M. G. H. 6. p. 124. 28.—Cassiod. ibid. 12. p. 298. 14.

PLENARIUS.—(ἅπ. εἰρ.) 268. 38: si securus esse debeo, plenarii mihi documenti dirigite firmitatem. —Aug. In Psl. 61. n. 4.—Cod. Theod. 13. 9. 6. —Prosp. Aquit. (Migne P. L. 51, 159) Pro Aug. Resp. P. prim. c. IV.—Jul. Promer. (Migne P. L. 59) Vit. Contemp. III. 33.—Cassiod. ap. M. G. H. 12. p. 81. 30.

ORIGINARIUS.—88. 35: iam originariam ad ius suum revocat terra particulam.—Cod. Theod. 5. 10. 1; 8. 4. 22; 14. 4. 8; 14. 7. 1.—Gelas. I. ap. C. S. E. XXXV. p. 363. 15.—Cassiod. ap. M. G. H. 12. p. 46. 10.

β. QUAE PRIMUM LEGUNTUR:

APUD ENNODIUM	APUD HIERONYMUM[1]
	kalendarius

[1] cf. H. Goelzer, op cit. p. 15.

X. DE ADIECTIVIS *-ARIS* DESINENTIBUS.

a. QUAE AB USU OPTIMORUM SCRIPTORUM RECEDUNT :

EPISTULARIS.—295. 23: caelestis dispensatio epistularibus beneficiis iunctos caritate consociat.—Cod. Theod. 2. 27. 1.—Greg. Mag. epist. 11. 75.—Cassiod. ap. M. G. H. 12. p. 11. 3.—Leon. Mag. epist. III. c. 4.

LATIARIS.—23. 33: suscepi epistulam tuam Romana dote locupletem et stilum Latiarem . . . . monstrantem.—Ovid. Met. 15. 481.

PROELIARIS.—213. 37: inter proeliares . . . successus.—Plaut. Curc. 4. 4. 17.

REGULARIS.—61. 30: videamus si superest aliqua de regulari propositione defensio.—Plin. N. H. 34. 20.

SAECULARIS.—301. 40: illa saecularis pompae philosophia Hippocratis.

VILLARIS.—271. 8: tu villares delicias expetisti.—Plin. N. H. 10. 57.

XI. DE ADIECTIVIS *-ALIS* DESINENTIBUS.

Adiectiva quidem -alis finita apud Ennodium necnon apud Hieronymum [1] abundant.

a. QUAE AB USU OPTIMORUM SCRIPTORUM RECEDUNT :

CAMENALIS.—27. 23: ad Camenalem tamen ignominiam . . . versus adieci.—Symm. ap. M. G. H. epist. 1.53. Sidon. ibid. 8. p. 41. 16.

[1] cf. H. Goelzer, o. c. p. 144 sq.—cf. C. Paucker, Lat. B. Hier. pp. 43., 49.

CARNALIS.—12. 3: carnalis concupiscentiae inlecebras . . . —Lact. Div. Inst. IV. 13. 4.—Caes. Arelat. Recapit. Reg. ad Virg. 13.

CONIUGALIS.—176. 23: ubinam gentium fuit animus coniugalis diligentiae? Tac. Ann. 11. 4.—Ambros. De Off. I. c. 50.—Cassiod. ap. M. G. H. 12. p. 51. 28.

CORPORALIS.—26. 15: quidquid corporalis adcessit incommodi.—Sen. epist. 78. 22; 58. 11.

EPISCOPALIS.—4. 16: quod sine episcopali nota contigit.—Cod. Theod. 5. 7. 2.—Leon. Mag. epist. XIV. c. 7.—Prudent. π. στεφ. 6. 11; 13. 33.

FERALIS.—(i. q. exitialis) 264. 24: quidquid in illa ferali terra sustinui.—Ambros. De Off. 2. 26.

FISCALIS.—108. 3: duas tamen praesentis indictionis fiscalis calculi partes cedemus.—Suet. Dom. 9.

GENITALIS.—4. 27: amica est homini ad genitale solum revertenti semper hilaritas.

GLACIALIS.—102. 30: et quamvis . . . Martius mensis glaciales fluminibus frenos inponeret.

INPERIALIS.—53. 40: quas (sc. personas) saepe inperialis flagitasset auctoritas.—Aur. Vict. Epitom. c. 2.—Amm. Marc. 21. 16 med.—Cod. Theod. 2. 4. 5.

LEGALIS.—14. 36: grammaticae instructionis repagula et illas dicendi legales angustias pro libertate conplexus est.—Quint. Inst. 3. 5. 4.—Avit. ap. M. G. H. 6. p. 113. 31.

LETALIS.—175. 33: quantis colorum varietatibus et urbanitate letali ad hoc productus aestimatur, ut . . . ?—Suet. Caes. 82.—Sedul. ap. C. S. E. X. p. 234. 14.

MARITALIS.—176. 24: ubi maritalis sacramentum copulae?—Val. Max. 9. 1. 9.—Juven. Sat. 6. 43.

MEDICINALIS.—176. 1: sub medicinali specie.—Macrob. Sat. 7. 13. 7.—Plin. N. H. 36. 43.

NOVERCALIS.—176. 31: postrema est in novercali indignatione necis executio.—Tac. Ann. 12. 2.

ORIENTALIS.—322. 24: castam ecclesiarum orientalium disciplinam . . . corruperint.—Aul. Gell. 2. 22. 11.—Cod. Theod. 13. 5. 14.—Ambros. de excess. frat. II. 115.

PAGINALIS.—48. 4: paginalis stili cura et adsiduitate macerari.—cf. 75. 5: paginalis conmercii libamenta. cf. 111. 21: paginalis alloquii.—cf. 111. 11; 133. 34; 134. 9; 138. 16. 25; 152. 12; 195. 3; 197. 7; 224. 10; 291. 2; 299. 3; 306. 6; 307. 35; 317. 22.—Hormisd. ap. C. S. E. XXXV. p. 550. 5; Id. ibid. p. 664. 12.—Anastas. ibid. p. 616. 6.

PECUALIS.—52. 27: sic vos in stuporem pecualem peccati nebula aut divinus horror oblimat.—Sedul. ap. C. S. E. X., carm. I. 162.

SACERDOTALIS.—13. 3: nos supernae memores disciplinae qualemcumque sacerdotalem dexteram volentibus perire porrigimus . . . —Macrob. Sat. 3. 5. 6.—Ambros. de ob. Valent. 7.

SPECIALIS.—23. 11: me tamen specialis maeror adflixit.—Quint. Inst. 5. 10. 43.

SPIRITALIS.—4. 2: sed quibus inerat spiritalis sapor intellegentiae.—Ambros. De Off. I. c. 30.

SYNODALIS.—57. 1: collectio synodalis.—cf. 60. 31: ad disceptationem synodalis examinis.—Gelas. I. ap. C. S. E. XXXV. p. 370. 7.—Hormisd. ibid. p. 502. 27.—Vigil. ibid. p. 349. 20.

TEMPORALIS.—99. 23: vastitatem temporalis procellae.—Sen. Q. N. 7. 23. 2.—Quint. Inst. 6. 2. 10.

TRABEALIS.— 13. 28: hactenus trabealis coturni pompam familiae nostrae peregrina ornamenta tribuebant.— Sidon. Carm. II. 2.

TRIVIALIS.— 30. 19: triviale carmen.— Quint. Inst. 1. 4. 27.— Juv. Sat. 7. 55.

β. QUAE PRIMUM LEGUNTUR:

APUD ENNODIUM	APUD HIERONYMUM[1]
	fundamentalis septennalis
	pecualis subtunicalis
	prophetalis

XII. DE ADIECTIVIS -*IVUS* DESINENTIBUS.

α. QUAE AB USU OPTIMORUM SCRIPTORUM RECEDUNT:

PARENTIVUS.— (ἄπ. εἰρ.) 309. 19: ecce Paterius et Severus, ornamenta curulium et parentiva vocabula purpurarum.— Valerian., Homil. (Migne, L. P. 52. 691) 20. 5. ante med.

RECIDIVUS.— 34. 10: recidivis enim provincia nostra . . . laborat insidiis. Cels. 3. 4. circa med. — Mel. 3. 6.

β. QUAE PRIMUM LEGUNTUR:

APUD ENNODIUM	APUD HIERONYMUM[2]
	concupiscitivus irascitivus
	increpativus

[1] cf. H. Goelzer, op. cit. p. 15.

[2] cf. H. Goelzer, o. c. p. 15.—cf. C. Paucker, De Lat. B. Hier. p. 61.

XIII. DE ADIECTIVIS -*ICIUS* DESINENTIBUS.

Derivantur quidem ex aliis adiectivis, ex nominibus atque etiam ex verbis, ut: natalicius (natalis), patricius (pater) et dediticius (deditus).— cf. caement-icius, sutor-icius.[1]

α. QUAE AB USU OPTIMORUM SCRIPTORUM RECEDUNT:

SPONSALICIUS.— (ἀπ. εἰρ.) 104. 38: sit fili tui sponsalicia largitas absolutio captivorum.— Sidon. ap. M. G. H. 8. p. 106. 6.

β. QUAE PRIMUM LEGUNTUR:

APUD ENNODIUM	APUD HIERONYMUM[2]
	mixticius

XIV. DE ADICTIVIS -*ILIS* DESINENTIBUS.

Ex verbis quidem magnam partem derivantur, ut: agili-s (agere): cf. Skr. ajirá-s.— cf. Lat. bibili-s, fragili-s, coctili-s, fissili-s, versatili-s.[3] Adiectiva autem huiusmodi non nunquam ex nominibus formantur, puta: humili-s (humus), herbili-s (herba): cf. Gr. χθαμαλό-ς.[4]

α. QUAE AB USU OPTIMORUM SCRIPTORUM RECEDUNT:

PARILIS.— 19. 2: parili namque iudicio censendus est.— Lucr. I. 106. 7.

[1] cf. Brugmann, Grundriss, II. 1. 87. p. 246.—cf. Woelffl. Arch. f. Lat. Lex. V. pp. 426-428.

[2] cf. H. Goelzer, o. c. p. 15.—cf. C. Paucker, De. Lat. B Hier. p. 62.

[3] cf. Brugmann, Grundriss, II. 1. 75 p. 192 sq.

[4] cf. Lindsay, Lat. Lang. ch. V. 22 p. 332.

XIV. DE ADIECTIVIS - *BILIS* DESINENTIBUS.

Iamvero permulta apud Latinos adiectiva ex terminatione -i-bulu-m derivata in i-declensionem transierunt, ut: sta-bili-s, dē-lē-bili-s, sepelī-bili-s:[1] Aliquando autem accidit ut -i-bili-s sit terminatio secundaria, e. g.: odibili-s (ex odiu-m), illūtibili-s (ex il-lūtu-s), flexibili-s (ex flexu-s) et persuāsibili-s (ex per-suāsu-m).[2]

a. QUAE AB USU OPTIMORUM SCRIPTORUM RECEDUNT:

CULPABILIS.— 64. 31: quia liquido nocens est qui insontibus aut meritum culpabilis aut nomen opponit. —cf. 171. 25: rigida circa culpabiles districtio.— Arnob. ap. C. S. E. IV. p. 249. 13.— Caes. Arelat. ep. I. circa fin.— Cassiod. ap. M. G. H. p. 179. 16.

INAMABILIS.— 178. 23: ecce inamabilis taciturnitas et vobis dicendi abstulit genium.— Plaut. Bacch. 4. 2. 3.

INDEMUTABILIS.— 200. 2: nisi te efflictim deligerem et pii amoris soliditas indemutabili radice constaret . . . —Salvian. ap. C. S. E. VIII., de gub. Dei II. 25.— Claud. Mamert. ibid. XI. p. 89. 4; 97. 3.— Cassian. ibid. XIII., Conlat. XVII. 28. 2.— Petr. Diacon, lib. de Incarn. Et Grat. c. III.

INEFFABILIS. — (ἅπ. εἰρ.) 108. 28: ineffabilis calamitas.— Plin. N. H. 28. 4.— Evod. De Fid. c. Manich. c. 21.

---

[1] cf. Brugmann, Grundriss, II. 1. 77. p 202.—cf. A. J. P. vol. 10 (1889) p. 34.

[2] cf. Brugmann, Grundriss, II. 1. 77 p. 202.

INIMITABILIS.—(ἄπ. εἰρ.) 320. 29: quod inimitabile videbatur.—Quint. Inst. 8. 3. 25.

INSEPARABILIS.—(ἄπ. εἰρ.) 320. 3: gratias inseparabili Trinitati Deo vero . . . —Sen. epist. 118. 10.—Aul. Gell. 1. 9. 12.

INVESTIGABILIS.—(ἄπ. εἰρ.) i. q. non potest investigari (cf. Vog. Ind. s. v.) 19. 8: cuius etiam nisi tuae investigabilis fotu iussionis suscepta germina nutriuntur?—Vulg. Prov. 5. 6; Id. Ephes. 3. 8.

INVISIBILIS.—(ἄπ. εἰρ.) 100. 17: adversarii . . . sola tecum dimicante caelitus invisibili virtute non poterant . . . —Faust. ap. M. G. H. 8. p. 269. 27. —Caes. Arelat. Homil. V. circa fin.

MEDICABILIS.—(ἄπ. εἰρ.) 301. 27: gratia Dei, medicabilis morbi concessa ministerio.—Ovid. Heroid. 5. 149.—Columel. 7. 10 fin.

POSSIBILIS.—286. 27: si possibile est cupita tribui. —Lucifer. ap. C. S. E. XIV. p. 332. 29.—Avit. ap. M. G. H. 6. p. 121. 5.—Quint. Inst. 3. 8. 25.

β. QUAE PRIMUM LEGUNTUR:

APUD ENNODIUM	APUD HIERONYMUM[1]
	capabilis
	diligibilis
	gemibilis
	immesurabilis
	imparticipabilis
	impotabilis
	inconvincibilis
	indicibilis
	infrangibilis
	intransibilis
	invenibilis
	irrecusabilis
	motabilis
	participabilis
	producibilis
	reptibilis
	terminabilis
	volutabilis

[1] cf. H. Goelzer, o. c. p. 15.—C. Paucker, De Lat. B. Hier. pp. 62-63.

Hic quidem multum ad rem pertinet ut verba Goelzer citentur:[1] "Les adjectifs verbaux en -bilis sont extrêmement nombreux, on le voit, dans les oeuvres de Saint Jérôme." Quod vero de Ennodio minime praedicari potest. Iterum quidem prodest ut Goelzer verba nostra faciamus, quo facilius discrimen Ennodium inter et Hieronymum hac de re in lucem proferatur: "Saint Jérôme a créé dans capabilis un véritable monstre."[2] Atque iterum: "quoique régulièrement formés, les adjectifs en -bilis dérivés de verbes en -scere sont inconnus à l'ancienne langue."[3] Apud Hieronymum autem leguntur immarcesibilis, irascibilis et concupiscibilis:[4] nulla vero apud Ennodi opera inveniri possunt.

XVI. DE ADIECTIVIS DEMINUTIVIS.

a. QUAE AB USU OPTIMORUM SCRIPTORUM RECEDUNT:

APUD ENNODIUM	APUD HIERONYMUM[5]
	cincinnatulus
	comatulus
	comptulus
	grandiusculus
	histriculus
	litteratulus
	promptulus
	religiosulus
	sanctulus
	sciolus
	semigraeculus
	spinosulus
	torosulus
	vermiculus

[1] cf. H. Goelzer, o. c, p. 138.
[2] cf. H. Goelzer, o. c. p. 140.
[3] cf. H. Goelzer, o. c. p. 140.
[4] cf. H. Goelzer, o. c. p. 140.
[5] cf. H. Goelzer, o. c. pp. 157, 158.—C. Paucker, D. Lat. B. Hier. p. 55 sq.

β. QUAE PRIMUM LEGUNTUR:

APUD ENNODIUM	APUD HIERONYMUM[1]
	cincinnatulus
	comatulus
	comptulus
	litteratulus
	promptulus
	religiosulus
	sanctulus
	spinosulus
	torosulus

Cum igitur deminutiva apud Latinos sint linguae praesertim vulgaris, Ennodius quidem hac in re multo propius Hieronymo ad genus optimorum scriptorum accedit.

XVII. DE PARTICIPIIS ADIECTIVE USURPATIS.

α. QUAE AB USU OPTIMORUM SCRIPTORUM RECEDUNT:

CONCLAMATUS.—94. 23: actionem paene conclamatam et valde difficilem. . . . percontatus est.—Sidon ap. M. G. H. 8. p. 25. 5.

CONSUMMATUS.—313. 14: consummati roboris viros principia viderunt timentes.—Quint. Inst. 2. 21. 24.—Sen. epist. 72. 6.

CRUSTATUS.—103. 25: crustati montis pericula non timere.

ELUCUBRATUS.—30. 16: adhibes ad invitandum me elucubrati sermonis inlecebram.

EXAMINATUS.—99. 30: quos . . . fides examinata iunxisset.

FABRICATUS.—(i. q. artificiosus, fictus: cf. Vog. Ind.) 5. 20: parum doctos fabricata latinitate.

[1] cf. H. Goelzer, o. c. p. 15.—C. Paucker, o. c. p. 55 sq.

GEMMATUS.—2. 16: cum colore distincta gemmato verni opibus prata ditescunt.

INDURATUS.—246. 13: indurata nitor mutare silentia.

INTERPOLATUS.—14. 15 (i. q. interruptus): ita ut sub coniunctione numquam interpolatae felicitatis incederes.

INELIMATUS.—173. 27: domnae meae Cynegiae epitaphium . . . inelimata velocitate conposui.

INELUCTATUS.—2. 36: ineluctati temporis . . . . adversitas.—cf. 53. 19: ineluctatae . . . . pondus propositionis. — Ineluctans legitur apud Pseud.-Fulg. Rusp.: cf. Pseud. - Fulg. Rusp. (Migne L. P. 65, 875 D.) Serm. XIII. De Exod. circa fin.: "sequitur hostis ille furiosus, poena ineluctante succensus."

MEMORATUS.—(i. q. supra dictus) 13. 19: de memoratis ordinibus.

PHALERATUS.—7. 34: non faleratus sermo, non inlecebrosa . . . et depicta fucis narratio.—Ter. Phorm. 3. 2. 15.—Faust. Reien. ap. C. S. E. XXI. p. 195. 11.

PUBLICATUS.—221. 1: nec reverentiam te exhibere Veneriae pollutione clamat publicata corruptio.—Tac. Ger. 19. 7.

VENENATUS.—12. 9: splendor vitae umbram venenatae oblocutionis excludit.

β. QUAE PRIMUM LEGUNTUR :

APUD ENNODIUM	APUD HIERONYNUM[1]
inelimatus	farinatus
	invittatus

[1] cf. H. Goelzer, o. c. p. 15.

XVIII. DE ADIECTIVIS COMPOSITIS.

a. QUAE AB USU OPTIMORUM SCRIPTORUM RECEDUNT:

CONPLURIMUS.—85. 27: fulsisse eius cunabula superno lumine videre conplurimi.—cf. 88. 15: ut sentirent . . . conplurimi.—Paul. Oros. ap. C. S. E. V., I. 15. 8.—Jordan. ap. M. G. H. 5. p. 69. 7.—Aul. Gell. (ed. Hertz) 11. 1. 1.

INAUSPICATUS.—(i. q. inexpectatus) 14. 24: inauspicatis successibus.

INCONCUSSUS.—121. 7: quod in alium statum inconcussis migraverint fundamenta culminibus.—Plin. Paneg. 82. 10.—Sen. Vit. Beat. 3. 4.—Lact. Div. Inst. VI. 25. 14.—Cod. Theod. 12. 1. 141.—Avit. ap. M. G. H. 6. p. 54. 34.

INCONGRUUS.—49. 29: adversus synodum absolutionis incongruae.—Filastr. ap. C. S. E. XXXVIII. p. 129. 15.

INCONVULSUS.—264. 11: inter omnes homines inconvulsa amor radice subsistit.

INDEBITUS.—32. 16: quae (sc. munera) esse monstrabat indebita.—Paul. Nol. ap. C. S. E. XXIX. p. 90. 5.

INDEFESSUS.—22. 9: inportunitas mea, quae est indefessa.—Tac. Ann. 16. 22. 5.—Oros. ap. C. S. E. V., I. 21. 3.—Juvenc. ibid. XXIV., IV. 39.

INDEFICIENS.—235. 3: hoc peritiae mater indeficiens lectionis cura congessit.—Salvian. ap. C. S. E. VIII., de gub. Dei. II. 25.—Paul. Nol. ibid. XXIX. 310. 10.

INDESINENS.—101. 24: ubi caminis indesinentibus

fidei pyra succenditur.—Cypr. ap. C. S. E. ed. Htl. p. 394. 13.—Vict. Vit. ibid. VII., II. 80.—Gassian. ibid. XIII., Conlat. III. 7. 3.

INDEVOTUS.—(ἄπ. εἰρ.) 206. 28: indevotae nationes. —Cassian. ap. C. S. E. XIII., Conlat. XIX. 3. 2.—Avit. ap. M. G. H. 6. p. 101. 32.

INDISCRETUS.—207. 35: indiscretum consilium.—Quint. Inst. 1. 2. 3.—Lact. Inst. Epit. 33 (38.) 3.

INDIVISUS.—(ἄπ. εἰρ.) 186. 21: benedicitur indivisa Trinitas Deus noster.—Avit. ap. M. G. H. 6. p. 8. 7.

INDONATUS.—93. 40: . . . nequaquam se indonatum putaret abscedere.—Lampr. Vit. Heliog. 28. 6.

INEFFICAX.—59. 15: quotiens vanis hiatibus nocendi inefficax morsus increpuit?—Sen. De Ira. 1. 3. 7; Id. De. Ben. 4. 4. 2.

INEMPTUS.—103. 2: inemptis dapibus mensae cumulabantur.—Tac. Hist. 2. 60. 16.

INEXHAUSTUS.—20. 22: laudes tuas . . . inexhausta praedicatione reserare.—Tac. Ger. 20. 6.—Avit. ap. M. G. H. 6. p. 97. 28.

INFABRICATUS.—(opp. artificiosus, callidus) 7. 4: si infabricata verba intra verecundum penetrale contineam.—Verg. A. IV. 400.—Aug. Serm. 117. 3.

INFECUNDUS.—65. 4: Infecundam frugibus . . . ubertatem.—cf. 298. 30 (translate): actionibus infecundus.—Sall. Jug. 17. 5.

INFRACTUS.—86. 30: vox sonora . . . nec infracta.—Symm. ap. M. G. H. 6. epist. I. 3.

INFRENIS.—30. 8: infrenis ambitus.—Aul. Gell. 1. 15. 17.—Sidon. ap. M. G. H. 8. p. 51. 8.—Commod. ap. C. S. E. XV., Inst. II. 32. 7.

INFUCATUS.—(i. q. non fucatus) 19. 30: Christi

nostri libamina infucata simplicitate conplentur.— Hormisd. ap. Avit., M. G. H. 6. p. 70. 17.

INHONORUS.— (ἅπ. εἰρ.) 99. 14: inhonoris mentibus radix peregrinae . . . affectionis inseritur.— Orient. ap. C. S. E. XVI., carm. I. 70.— Ambros. de ob. Theod. orat. 54.

INIUSSUS,— 101. 27: iniussa plantaria campus adportat.— Hor. Sat. 1. 3. 3.

INMACULATUS.—133. 12: inmaculata fili diligentia. —Commod. ap. C. S. E. XV., Inst. I. 39. 9.— Salvian. ibid. VIII., III. 20.

INMEDITATUS.— 102. 8: . . . inmeditata et continua verba profunderem.— Apul. Met. II. 21.

INMENSUS.—i. q. insignis (cf. Vog. Ind.) 86. 26: vir inmensus.

INPASTUS.— 10. 40: ne ieiuna amicorum corda talibus ferculis inpasta moriantur.

INRATIONALIS.— Cuius aestimabitur esse mens illa feritatis, quae erga curam subolis posterior ab inrationabilibus invenitur?— Quint. Inst. 7. 3. 3.— Sen. epist. 113. 17.

INSALUTATUS.— (ἅπ. εἰρ.) 233. 3: ut proficiscentes insalutatum me . . . linqueretis.— Sidon. ap. M. G. H. 8. p. 61. 24.

INSUFFICIENS.— 235. 8: vobis tamen insufficientes refero gratias.

MALESUADUS.— 24. 26: delenifica ergo et malesuada conpesce conloquia.— Plaut. Most. 56.— Sidon. ap. M. G. H. 8. p. 108. 17.— Paul. Nol. ap. C. S. E. XXIX. p. 48. 5.— Paul. Pell. ibid. XVI., Euchar. 190.

METROPOLITANUS.—(ἅπ. εἰρ.) 89. 24: cum apud

ipsos sola pontifices metropolitanae iactantiae vocabula tuerentur. Leon. Mag. epist. 98. c. 4.— Vict. Vit. ap. C. S. E. VII., I. 23.—Cassiod. ap. M. G. H. 12, S, p. 447. 10. 22.

PERINMENSUS.—(ἅπ. εἰρ.) 96. 15: quem videbant erogare plurima, perinmensa suspicabantur abscondere.

PRAEFULGIDUS.—101. 22: modicae lucis radii praefulgida . . . luce fuscantur.—Juvenc. ap. C. S. E. XXIV., III. 330.

PRAEGRAVIDUS.—(ἅπ. εἰρ.) 187. 17: solum . . . aristis praegravidum.—Stat. Th. 6, 700.

PRIMAEVUS.—4. 23: tu aevo maturas et ad religiosum sudorem primaevus exsupera.—Paul. Nol. ap. C. S. E. XXIX. p. 88. 28.—Sedul. ibid. X. p. 7. 5. —Cassiod. ap. M. G. H. 12. p. 82. 1.

PRIMOGENITUS.—53. 1: et primogeniti canam dignitatem amiserit.—Commod. ap. C. S. E. carm. Apolog. 665.—Gelas. ibid. XXXV. p. 226. 10.— Avit. ap. M. G. H. 6. p. 106. 27.—Ambros. De Off. I. c. 50.

SALUTIFER.—3. 22: in vigorem salutiferum res contrita remeavit.—cf. 19. 24: salutiferae virginis filius.—Juvenc. ap. C. S. E. XXIV., IV. 365.— Caes. Arelat. Homil. X.

TURICREMUS.—19. 25: non enim hic turicremis Pancheus adoletur ignis altaribus.

UNIANIMIS.—(ἅπ εἰρ.) 89. 31: estote pacifici, estote unianimes.—Doroth. ad Hormisd., ap. C. S. E. XXXV. p. 497. 19.—Cyprian. ap. C. S. E. ed. Htl. p. 694. 16 et p. 754. 2 (cf. Bayard, Le Latin de Saint

Cyprien, p. 8.)—Grégoire De Tours, H. F. 2. 32. (cf. Bonnet, Le Latin de Grégoire De Tours, p. 373.)

β. QUAE PRIMUM LEGUNTUR:

APUD ENNODIUM	APUD HIERONYMUM[1]	
perinmensus	commixticius	indolorius
	extramundanus	ineffectus
	imbenignus	inferax
	immaterialis	interminabilis
	impraeparatus	irreseratus
	improducibilis	perstultus
	inanimatus	praemordicus
	incapax	trinomius
	incaptus	trinominis
	incommonitus	——
	incontectus	magnisonus
	inconsutus	multinubus
	incontritus	——
	incorruptivus	longanimis
	indolens	quadriformis

[1] cf. H. Goelzer, o. c. p. 15.

CAPUT TERTIUM.

DE VERBIS.

(A)—VERBA DENOMINATIVA.

I. DE VERBIS EX NOMINIBUS DERIVATIS.

a. QUAE AB USU OPTIMORUM SCRIPTORUM RECEDUNT:

AUGMENTARE.—(ἅπ. εἰρ.) 300. 11: augmentandi roboris causam. . . . res suggeret.—Cassiod. ap. M. G. H. 12. p. 276. 7.

CULPARE.—178. 24: posses me, amice, de ignoratione culpare.—Quint. Inst. 8. 4. 23.—Suet. Caes. 72.

DOTARE.—289. 24: dotant facundiam res secundae.—Suet. Vesp. 14.—Symm. ap. M. G. H. 6. p. 277. 1.—Cassiod. ibid. 12. p. 157. 14.

FABULARI.—30. 19: vobiscum fabulari res est meriti veteris et novae felicitatis.—Plaut. Amphit. 1. 1. 144.—Ter. Phorm. 4. 3. 49.—Suet. Calig. 22.—Aul. Gell. 19. 13. 1.

FERIARI.—(i. q. desistere) 57. 20: a detestabili proposito. . . . feriari.—Macrob. Somn. Scrip. I. 7. 6.—Ambros. De. Off. II. c. 10.—Sidon. ap. M. G. H. 8. p. 161. 7.

IMAGINATUS.—122. 4: ubi sunt sigilla numinum votis imaginata. . . . ?—Lact. Div. Inst. V. 17. 6.

LIMITARE.—95. 14: nostis in commune, quo sit dominiorum antiquitas limitata confinio.—Varr. De R. R. 2. 2. 1.

MAGISTRARE.— (ἅπ. εἰρ.) 213. 26: Rutilium et Manlium conperimus gladiatorium conflictum magistrante populis providentia contulisse. . . — Spart. Vit. Hadrian. c. 10.— Vict. Vit. ap. C. S. E. VII., I. 49.

MARITARE.— 5. 14: praesegmina peregrinis maritata fomitibus.— Suet. Vesp. 14.— Columel. 8. 2. circa fin.

SEMINARE.— 15. 38: ante terram per scopulos opus est seminare quam germina.— Ambros. epist. VIII. 14 (786). — Gelas. ap. C. S. E. XXXV. p. 222. 23.— Simplic. Pap. ibid. p. 128. 7.

β. QUAE PRIMUM LEGUNTUR:

APUD ENNODIUM	APUD HIERONYMUM[1]
	follere
	fuliginatus

II. DE VERBIS EX ADIECTIVIS DERIVATIS.

a. QUAE AB USU OPTIMORUM SCRIPTORUM RECEDUNT:

ACERBARE.— 192. 21: facessat a nobis, principes viri, argumentis acerbare conmissum.— Claud. rapt. Pros. 2. 208.—Val. Fl. 6. 655. cf. Thesaur. Lat. Ling. s. v.

AMOENARE.— 86. 40: pater . . . in omnibus eius actibus oculos amoenabat.— Sidon. ap. M. G. H. 8. p. 15. 18.— Cyprian. ap. C. S. E. ed. Htl. p. 4. 1.— Salvian. de gub. Dei VII. 8.

ANGUSTARE.— 38. 5: nisi me in laudibus tuis

[1] cf. H. Goelzer, o. c. p. 15.—cf. C. Paucker, De Lat. B. Hier. p. 92.

domestica quidem relatio, sed per inperitiam sui pauper angustet. . . . — Aug. Serm. 128. 2.— Prosp. Expos. in Psl. 2.

CAPTIVARE.—118. 27 : . . . effera hominum corda domitrice adfectione captivat. — Commod. ap. C. S. E. XV. Carm. Apolog. 814.— Aug. Civ. Dei I. 1.— Vulg. Rom. 7. 23.

DECOLORARE.— 248. 12 : sub pio principe nulla militem decolorat abiectio.— Sen. Q. N. 2. 40. 6.— Suet. Aug. 4.— Priscill. ap. C. S. E. XVIII. p. 83. 2.

DEVIARE.— 292. 16 : vix delinquit qui a natura et lege non deviat.— Macrob. Somn. Scip. 1. 22. 7.

DILUCIDARE.— 18. 5 : sic se equidem exercita litterarum gymnasiis palestra dilucidant.— cf. 125. 8 : precor ut quid promoveat in me desiderium tuum . . . dilucides.— Cassian. ap. C. S. E. XIII., Conlat. XVII. 12. 1.— Avit. ap. M. G. H. 6. p. 61. 34. — Vigil. Constitut. de trib. capit., ap. C. S. E. XXXV. p. 233. 11.

FECUNDARE.— 244. 8 : imbre soli facies maritata fecundatur.— Ruric. epist. I. 4. — Priscill. ap. C. S. E. XVIII. p. 67. 22.— Ambros. de excess. frat. Sat. II. 92.

FUSCARE.— 101. 23 : modicae lucis radii praefulgida. . . . luce fuscantur.

HUMILIARE.— 98. 34 : reficiebat blanditiis, humiliabat adloquio.— Sidon. ap. M. G. H. 8. p. 20. 8.— Ambros. epist. II. 22 (759).

INCESTARE.— 55. 3 : quod per ministerium iussionis et manus alienae incestaret aspectum . . . — Suet. Tib. 43.— Tac. Ann. 6. 19.— Cod. Theod. 7. 1. 13.

INQUIETARE.— 96. 7: animos inquietat.— Quint. Inst. 11. 3. 80.— Sen. Vit. Beat. 12. 1.— Plin. Ep. I. 9. 5. — Suet. Ner. 34. 7.

INTIMARE.— 32. 2: ista sublimitati tuae coram positus intimavi.— Vict. Vit. ap. C. S. E. VII., II. 48.

IEIUNARE.— 289. 26: in qualibet verborum saturitate paginae . . . ieiunant.— Tert. De Ieiun. 3.— Ambros. De Off. III. c. 2.

MELIORARE.— 94. 22: de negotii aestimatione confidens agendi speciem melioraturus inquirit.— cf. 227. 6.— Cassiod. ap. M. G. H. 12. p. 35. 29.— Id. Complex. in Epist. Apost., In epist. I. Corinth. n. 28., XV. 39.— Sacrament. Gelas. c. 93.

PRAESENTARE.— 74. 3: salutationis obsequia praesentans.— Avit. ap. M. G. H. 6. p. 94. 3.

PROXIMARE.— (ἄπ. εἰρ.) 103. 1: concurrebat omnis aetas et sexus. . . . ardor animi proximabat. — Apul. Met. 9. 189.— Cassiod. ap. M. G. H. 12. p. 287. 13.

SEQUESTRARE.— 40. 12: non est licita veri diligentia sequestrata quam depingunt verba formido. Sidon. ap. M. G. H. 8. p. 4. 7.— Cassiod. ibid. 12. p. 12. 18.— Ambros. De Off. III. c. 19.

SUBLIMARE.— 92. 10: supernae namque dominationis instar possidet, qui imperium suum pietate sublimat.— Apul. Met. 1. 6.— Avit. ap. M. G. H. 6. p. 14. 2.

TRIPLICARE.— (ἄπ. εἰρ.) 107. 36: fenus sine crimine fit triplicatum.— Macrob. Somn. Scip. 1. 20. 16.— Cod. Theod. 7. 13. 8.— Sedul. carm. I. 298.—

Avit. ap. M. G. H. 6. p. 146. 29.— Vulg. Ezech. 21. 14.

VACUARE.— 104. 30: vacua sentibus illam quam bene nosti Liguriam.— Aurel. Vict. Epit. 43.— Columel. 3. 13. 10.

VENUSTARE.— (ἅπ. εἰρ.) 7. 22: si non magistra politione venustetur, nihil ei prodest sublimitas.— Ambros. Hexaem. I. c. 7, n. 27.— Jul. Pomer. De Vit. Contemp. lib. I. c. XXIV.

VERNARE.— 2. 3: libet . . . cum anni renascentis infantia florulenta . . . dictione vernare.

VIDUARE.— 78. 10: amomi flosculus aut messis casiae per depraedationem lascivi pollicis radice viduantur.— Oros ap. C. S. E. V., III. 12. 3.— Commod. ibid. XV., carm. Apolog. 977.— Priscill. ibid. XVIII. p. 43. 13.

β. QUAE PRIMUM LEGUNTUR:

APUD ENNODIUM	APUD HIERONYMUM[1]
	pronubans

Hoc loco igitur notetur oportet quod adserit satisque exponit H. Goelzer de verbis -idare finitis: "les verbes en -idare sont plus nombreux dans les bas temps qu'à la bonne époque de la langue."[2] Apud Hieronymum quidem dilucidare et sordidare (Goelzer, o. c. pp. 172, 173) leguntur; apud Ennodium autem dilucidare tantum citari potest.

---

[1] cf. H. Goelzer, o. c. p. 15,—C. Paucker, o. c. p. 92.
[2] cf. H. Goelzer, o. c. p. 174.

(B)—VERBA INTENSIVA.

I. DE VERBIS *-TARE* (*-SARE*) ET *-ITARE* FINITIS.

Iamiam pervenimus ad ea verba quae frequentativa, intensiva vel etiam iterativa appellari solent. Quae vero apud Latinos ad sermonem vulgarem magna ex parte pertinent.[1] Ad rem igitur potissimum spectat ut Hieronymi usus hac in re proferatur. "Non seulement", animadvertit Goelzer,[2] "on doit à saint Jérôme cinq nouveaux fréquentatifs, aversare, complexans, distentare, exclamitare, vescitari; mais, quand on lit ses ouvrages, on est frappé du nombre considérable de formes semblables qu'il emploie, et dans la quantité il y en a qui n'étaient pas très usitées en latin. Il faut voir dans ce fait l'influence de la langue vulgaire dans laquelle les fréquentatifs remplacent très souvent les verbes simples". Idem autem de Ennodio minime dici potest, ut infra apparebit.

a. QUAE AB USU OPTIMORUM SCRIPTORUM RECEDUNT:

CREPITARE.—110. 31: frondibus in rubo crepitantibus.—Plaut. Rud. 2. 6. 52.

CURSITARE.—100. 4: per tramitem. . . . cursitantem (sc. Laurentium).—Ter. Eun. 2. 2. 47.—Suet. Tib. 38.—Oros. Hist. 1. 10. 11.

---

[1] cf. Lorenz, Ausgewaehl. Komoed. T. M. Plautus (Berlin, 1883), Einleitung zum Pseud., p. 58, not. 48.—cf. Woelfflin, Arch. f. Lat. Lex. IV. pp. 205, 206, 207 sq.—cf. Lindsay, Lat. Lang. ch. VIII. 31 p. 482.—cf. Cooper, Word Formation in The Roman Sermo Plebeius, p. 210 et p. 225.—cf. A. J. P. vol. 9 (1888) p. 504.

[2] cf. H. Goelzer, o. c. p. 176.

INPLICITARE.—(ἅπ. εἰρ.) 107. 41: licet nos inmanium expensarum inplicitet.[1] Inplicitet, Harteli coniectura (Htl. Ind. s. v. inlicitare), mihi omnino arridet: primum quod sensu desideratur; deinde quia vitii in codicibus rationem optime reddit;[2] postremo quoniam est verbum usu receptum.—cf. Plin. (ed. H. Keil) Epist. IX. 33. 5: "orbes inplicitat expeditque."—cf. Dracont. Carm. de Deo II. 293 (Migne, L. P. 60, 794).—cf. Venant. Fortun. Carm. V. 5, Praef.: (2) "praeceptis vestris, licet inpliciter expeditis. . . ."

MUSSITARE.—(ἅπ. εἰρ.) 108. 27: stabant mussitantes et adtoniti populi.—Plaut. Mil. Glor. 2. 5. 67.—Claud. Mamert. ap. C. S. E. XI. p. 23. 7.

TAXARE.—71. 21: unum rogo, ut pro modulo meo rescripta taxentur.

(C)—VERBA INCHOATIVA.

I. DE VERBIS -*SCERE* FINITIS.

Iamvero nobis est tractandum de iis verbis quae inchoativa nuncupantur, quaeque apud Latinos tempore praesertim novissimo abundant.

a. QUAE AB USU OPTIMORUM SCRIPTORUM RECEDUNT:

ADPARESCERE.—(ἅπ. εἰρ.) 244. 19: qui maximus adparescit in foribus.—Vulg. IV. Esdr. 7. 26.

[1] Inlecitet B, Inlicitet ceteri codices.

[2] cf. Vogeli Edit. Ennod. p. 347 sub tit. :p inter duas consonantes omissum. Citantur quidem absortum, contemtor, redemtor, depromsit, praesumtio. Est porro notandum in omnibus fere vocabulis citatis p post litteram m esse omissum. Nihil igitur impedit quin (implicitet) inplicitet vera sit lectio.

AEGRESCERE.— 37. 20: studio curationis qui medetur aegrescit.— Tac. Ann. 15. 25. fin.

ARDESCERE.— 40. 6: de sermonum vestrorum flumine pectus ardescit.— Tac. Hist. V. 18. 1.

DITESCERE.— 2. 16: verni opibus prata ditescunt.

ELUCESCERE.— (ἅπ. εἰρ.) 206, 5: ne Romanae fax curiae diu in umbram coacta tardius elucescat.— Cassiod. ap. M. G. 12. p. 374. 18.

FATISCERE.— 188. 9: nunquam ille cibum sumpsit nisi fatiscente corpusculo.— Paul. Nol. ap. C. S. E. XXX. carm. XX. 186.— Commod. ibid. XV. Carm. Apolog. 898.

GRANDESCERE.— 313. 13: usu enim virtus nutrita grandescit.

INNOTESCERE.— 64. 29: nec alia re nisi falsitate plenus est qui integritate vacuus innotescit.— Oros. ap. C. S. E. V., V. 2. 5.

IUVENISCERE.— 210. 8: illa ipsa mater civitatum Roma iuveniscit marcida senectutis membra resecando.— Cassiod. ap. M. G. H. 12. p. 165. 7.

LABASCERE.— 206. 40: labascit fortium conscientia.

MARCESCERE.— 13. 35: tremebunda marcescentium cardinum limina iuveniscunt.— Faust. Reien. ap. C. S. E. XXI., p. 212. 20.

MOLLESCERE.— 324. 8: ne dira nutrimentis natura mollesceret.

PAVESCERE.— 1. 25: non diligit qui pavescit.— Sall. Jug. 72. 2.— Aul. Gell. 19. 1. 21.

RANCISCERE.—143. 25: ranciscit caritas, quam verborum avarus despicit ventilare.—Arnob. ap. C. S. E. IV. p. 15. 8.

REVALESCERE.[1] — 3. 33: urbs iam sepulta revaluit. — Aul. Gell. 16. 13. 5. — Ruric. epist. II. 23.

RIGESCERE—315. 11: ut nec lepos devenustet alloquii nec duris splendor feminarum rigescat affatibus. — Plin. N. H. 2. 63.

VANESCERE. — 302. 2: sentiens mundi blandimenta vanescere. — Tac. Hist. 5. 7. 5.

VETERESCERE. — 37. 32: quousque fama nobilis epistularibus destituta conmerciis veterescet? — cf. Karl Sittl, Woelffl. Arch. f. Lat. Lex. I. p. 494.

VILISCERE. — 318. 15: sicut habenda sunt quae exiguntur in pretio, ita ingesta viliscunt. — Paul. Nol. ap. C. S. E. XXIX. p. 192. 14. — Sidon. ap. M. G. H. 8. p. 114. 25.

β. QUAE PRIMUM LEGUNTUR:

APUD ENNODIUM	APUD HIERONYMUM[2]
	immitescere
	lippescere
	surdescere

(D)—VERBA COMPOSITA.

α. QUAE AB USU OPTIMORUM SCRIPTORUM RECEDUNT:

ADIMPLERE. — 8. 20: gaudia. . . . de te mea epistularis alloquii dotibus adimplesti. — Salvian. ap. C. S. E. VIII., de gub. Dei II. 9. — Paul. Nol. ibid. XXIX. p. 166. 22. — Priscill. ibid. XVIII. p. 34. 13.

ADPORTARE. — (i. q. gignere, parere; cf. Htl.

[1] cf. reconvalescere, Ennod. Carm. 1. 10. 4.

[2] cf. H. Goelzer, o. c. p. 15. — C. Paucker, De Lat. B. Hier. p. 96.

Ind.) 101. 27 : spinas. . . . campus adportat.— cf. Thesaur. Ling. Lat. s. v.

ADSOCIARE.— 184. 11 : id genii sceleribus suis adsocians.

ADTESTARI.— 306. 7 : mundo mecum adtestante. — Sen. Q. N. II. 49. 2.

CIRCUMLOQUI.— 71. 21 : sed quid diu replicanda circumloquor ? cf. 139. 10 : sed ne praestanda circumloquar.— Auson. epist. 6. 2. 8.

COAGULARE.— 19. 7 : cum primum praecepti tui miraculo terra coagularetur in pelagus.— Lact. Opif. Dei 12. 6.

COINQUINARE.— (ἅπ. εἰρ.) 288. 14 : nos, ne Italia coinquinetur optamus.— Commod. ap. C. S. E. XV., Instr. I. 3. 5.— Att. ap. Cic. N. D. 3. 27. 68.

CONGAUDERE.— 292. 4 : quatenus vitae redditus de visione vestra congaudeam.— Paul. Nol. ap. C. S. E. XXIX., p. 280. 18.— Sulp. Sev. ibid. I. epist. 2. 11.— Avit. ap. M. G. H. 6. p. 72. 26.

CONPAGINARE.— (ἅπ. εἰρ.) 19. 21 : trino conpaginatae consortio societatis.— Sidon. ap. M. G. H. 8. p. 83. 22.— Avit. ibid. 6. p. 182. 5.

CONPLACERE.— 68. 5 : qui sibi non tam in multitudine quam in devotione conplacuit.— Aul. Gell. 17. 9. 4.

CONTRADERE.— (ἅπ. εἰρ.) 299. 23 : ut scripta mea et domno Avieno et domno Liberio protinus contradatis.— Sedul. ap. C. S. E. X. p. 176. 12.— Vict. Vit. ibid. VII., prolog. 4.— Cassiod. ap. M. G. H. 12. p. 84. 19.— Jordan. ibid. 5. p. 74. 21.— Vigil. Pap. ap. C. S. E. XXXV., p. 350. 26.— Concil. Toletan.

(Migne, 84) II. n. 3.— Concil. Carthag. (Migne, 84) VI. c. XII.

DEDIGNARI.— 76. 13 : tabellae nostrae culmos non dedignatur accipere.— Sedul. ap. C. S. E. X. p. 299. 11.— Avit. ap. M. G. H. 6. p. 114. 37. Ambros. De Off. II. c. 25.

DEHONESTARE.— 1. 29 : cur lucidi natalis exordium silentii foeditate dehonestem? — Tac. Ann. 16. 24.— Sen. Ben. I. 6. 2.

DEOSCULARI.— 197. 5 : hac deosculatum fiducia sublevasti.— Apul. Met. 1. 13.

DEPRETIARE.— 75. 3 : depretiat genium suum quae in vocem non prorumpit amicitia.— Paul. Nol. ap. C. S. E. XXX., carm. XXV. 56.— Commod. ibid. XV., Carm. Apolog. 196.— Sidon. ap. M. G. H. 8. p. 11. 23.— Venant. Fort. Carm. V. 6. 6.

DEVENUSTARE.— 171. 30 : devenustat institutoris genium, qui per solam gratiam placere.— Aul. Gell. 12. 1. 8.— Sidon. ap. M. G. H. 8. p. 23. 20.— Symm. ibid. 6. p. 309. 19.

DIFFAMARE.— (ἅπ. εἰρ.) 286. 4 : aut ego diffamare volui quod scripseram? — Tac. Ann. I. 72. 14.

DISPERIRE.— (i. q. deperire) 12. 29 : ne summorum quispiam minimorumque dispereat.— Lucifer. ap. C. S. E. XIV. p. 172. 17.

EFFUGARE.— 11. 20 : esuriem corporis effugavit.— Cassian. ap. C. S. E. XVII., Inst. XII. 12.— Sacramen. Gelas. I. c. 76.

EFFULGURARE.— (et effulgorare, Vog. Ind. s. v.) 96. 20 : tota civitas quasi rogus effulgurat.— Avit. ap. M. G. H. 6. p. 75. 19.

ERUDERARE.— 171. 32 : illa monita discipulorum

conscientiam eruderant.— Ambros. de ob. Theod. 44. — Sidon. ap. M. G. H. 8. p. 83. 13.

EVACUARE.— 7. 25 : incrementum rusticum matris mammas inter sulcos evacuat.— Plin. N. H. XX. 23.— Vulg. I. Cor. 13. 11.

FRUCTIFICARE.— 2. 11 : luxuriam infecundam ferro fructificante conpescens.— Avit. ap. M. G. H. 6. p. 133. 24.— Vulg. Marc. 4. 20.

INMORARI.— 2. 34 : nolo istis diutius inmorari.— Plin. epist. I. 8. 8.— Quint. Inst. 2. 16. 6.

INOLESCERE.— 143. 8 : . . . quid de magnitudine tua sensibus inolevit.— Aul. Gell. 5. 21. 3.

INRADIARE.— 305. 20 : sanctae viduitatis in vobis fulgor inradiat.— Claud. Paneg. Manl. Theod. Cons. 85.

INSIBILARE.— (ἅπ. εἰρ.) 56. 4 : sed astutius in vobis quam in Athanasi adversariis novelli virus serpentis insibilat.— Sil. 12. 616.— Faust. Reien. ap. C. S. E. XXI. p. 7. 12.

INSOLESCERE.— 168. 9 : ne seccessionibus insolescat.— Tac. Hist. 2. 7. 5.— Caton. ap. Aul. Gell. 6 (7) 3. 15.

INTEPESCERE.— 284. 14 : mox fervor ille aeterni frigoris procurator intepuit.— Sen. epist. 78. 23.

INTROGREDI.— (ἅπ. εἰρ.) 91. 38 : pontifex posteaquam introgressus est.— Verg. Aen. 1. 520 ; Id. ibid. 11. 248.

OBLATRARE.— (ἅπ. εἰρ.) 5. 7 : pulsabunt ne oblatrantium venena linguarum . . . — Sen. de Ira 3. 43. 1.— Suet. Vesp. 13.

OBLIMARE.— (ἅπ. εἰρ.) 52. 28 : sic vos in stu-

porem pecualem peccati nebula aut divinus horror oblimat.— Claud. Rapt. Pros. 3. 29.

OBNUBILARE.— 309. 17 : nam qui claritudinem non stili luce commendat, obnubilat.— Aul. Gell. 1. 2. 5. — Apul. Met. 8. p. 158.

PEREFFERRE.— (ἅπ. εἰρ.) 301. 19 : certa miseriarum caecitas de falsa dicendi felicitate perextulit.

PERDURARE.— 4. 25 : in testimonio summae gloriae sine labe perdura ! — Sen. Ben. 7. 28. 1.— Suet. Ner. 24.

PERTRANSIRE.— 95. 8 : narratio . . . quae non pertransit ad terminum.— Paul. Nol. C. S. E. XXIX. p. 62. 12.— Sedul. ibid. X. p. 180.— Commod. ibid. XV. Carm. Apolog. 759.

PERURGERE.— 208. 6 : candida reipublicae fortuna perurguebat.— Faust. Reien. ap. C. S. E. XXI. p. 60. 5.— Priscill. ibid. XVIII. p. 53. 7.

PRAEFIGURARE.— 86. 12 : staturae proceritas decens, quae eminentiam secuturae dignitatis praefiguraret.— Lact. Inst. Epit. 12. Cyprian. ed. Htl. ap. C. S. E. p. 328. 5.

PRAEGRAVARE.— 17. 29 : idoneae . . . perlatricis viaticum praegravavi.— Lucifer. ap. C. S. E. XIV. p. 69. 10.— Cassiod. ap. M. G. H. 12. p. 34. 12.

PRAEIUDICARE.— 290. 22 : non debet praeiudicare diligentiae, cui secundum vota blanditur.— Cassiod. ap. M. G. H. 12. p. 63. 18.

PRAELIBARE.— 307. 22 : epistularis angustiae lege contentus satis modicum de illa meritorum messe praelibo.— Symm. ap. M. G. H. 6. p. 173. 5.

PRAELOQUI.— 50. 31 : . . . iure praeloquerentur

exordium.— Faust. Reien. ap. C. S. E. XXI. p. 135. 21.

PROLOQUI.— 239. 8: quod bene cor dictaverit lingua proloquitur.— Priscill. ap. C. S. E. XVIII. p. 41. 2.

PROTESTARI.— 229. 16: de mea sibi satisfaciendum esse substantia protestatur.— Macrob. Sat. I. 17. 68. — Apul. F. 3. 16. 6.

REAEDIFICARE. — 96. 33: antistes reaedificandi sumpsit animum.— Paul Nol. ap. C. S. E. XXIX. p. 146. 11.— Cassian ibid. XVII., Inst. IV. 36. 2.— Lucif. ibid. XV. p. 130. 18.

REBOARE.—40. 28: cum reboantibus efferri decuit adclamationibus. Val. Flac. 3. 634.

REFORMARE.— 193. 4 (i. q. reddere): vix miseria remansi idoneus reformare conloquia. cf. 140. 30 (i. q. reconciliari): is nunc vestro mihi reformatus affectu.— Lact. Div. Inst. VII. 12. 18.

REPENSARE.— 180. 5: grandis est pompa praestantis, quotiens quod unus meruit, plurimis repensatur.— Sen. De Ira 2. 32. 1.

RESPLENDERE.— 14. 18: natalium bonorum claritas hactenus interclusa resplenduit.— Sen. Q. N. I. 13. 2.

SANCTIFICARE.—220. 11: cuius templum hoc sanctificavit ingressus.— Opt. Milev. ap. C. S. E. XXVI. p. 148. 14.— Avit ap. M. G. H. 6. p. 14. 25.

SUBIUGARE.— 304. 2: illa, quae mecum matrimonii habuit parilitate subiugari.— Lact. Div. Inst. 3. 8. 19.

SUPERAEDIFICARE.— 122. 9: qui enim in restaurationem aedis essent necessari nisi architectus et petra,

nisi lapis et superaedificans? — Cassian. ap. C. S. E. XIII., Conlat XXI. 34. 2. — Civ. Dei 21. 21.

TABEFACERE.—(ἅπ. εἰρ.) 323. 15: nisi sectentur tabefacta, contaminant.— Solin. Polyhist. 2 med.— Vulg. Judith 14. 14; Id. I. Macc. 4. 37; Id. Ecclus. 31. 1.

TUMEFACERE.— (ἅπ. εἰρ.) 208. 34: dum tumefaceres gurgites de cruore.—Propert. 4. 5. 3.

VELIFICARE.— (ἅπ. εἰρ.) 108. 21:. . . . quamvis. . . . velificans carina diffugiat.— Propert. 3. 25. 6.

VIVIFICARE.— 311. 1: ego tamen in foribus scriptionis quod vivificat non tacebo.— Sidon. ap. M. G. H. 8. 145. 12: — Avit. ibid. 6. p. 32. 14.

β. QUAE PRIMUM LEGUNTUR:

APUD ENNODIUM	APUD HIERONYMUM[1]	
perefferre	circumaedificare	implodere
	circumambire	inelevare
	coadiuvare	insalire
	coaegrotare	reaccendere
	conspoliare	recrucifigere
	dehabere	subindicare
	desipiscere	supercorrigere
	excomedere	superserere
	impinguescere	

[1] cf. H. Goelzer, o. c. p. 15.—cf. C. Paucker, De Lat. B. Hier. p. 98. sq.

CAPUT QUARTUM.

DE ADVERBIIS.[1]

I. DE ADVERBIIS -*TER* DESINENTIBUS.

a. QUAE AB USU OPITIMORUM SCRIPTORUM RECEDUNT:

AMBIENTER.— 105. 35: portitorem tanti doni ambienter amplexus est.— Sidon. up. M. G. H. 8. p. 113. 11.— Avit. ibid. 6. p. 78. 11.— Cassiod. ibid. 12. p. 143. 24.

AUDENTER.— (ἅπ. εἰρ.) 109. 7: ut audenter dicam.— Vulg. Act. 2. 29.

CONPETENTER.— 239. 5: dum conpetenter ostenditur.— Sedul. ap. C. S. E. X. p. 301. 5.— Sidon. ap. M. G. H. 8. p. 89. 25.— Cod. Theod- 5. 3. 1.

DIGNANTER.—232. 12: obsequia famuli vestri dignanter accipite.— Vict. Vit. ap. C. S. E. VIII., II. 42.— Faust. Reien. ibid. XXI. p. 78. 29.— Symm. ap. M. G. H. 6. epist. 5. 63.

DURITER.— 76. 4: eliciti utor stili genio, quem duriter ab inportuna scriptione revocavi.— Aul. Gell. 17. 10. 15.

GRATANTER.— 241. 15: vos vocem supplicis gratanter accipite.— Lucif. ap. C. S. E. XIV. p. 299. 31.— Eugipp. ibid. IX., Vit. S. Sev. 19. 3.— Cassiod. ap. M. G. H. 12. p. 10. 15.

INCESSABILITER.— (ἅπ. εἰρ.) 231. 17: redemptori

[1] cf. Neue, Formenlehre der Latein. Spr. II. pp. 547-761.

nostro pro persona suscepti incessabiliter supplicate.— Salvian. ap. C. S. E. VIII., de gub. Dei II. 8.

INCESSANTER.— 231. 31. . . . prolati testis fidem laudibus incessanter adtolleret.— Sedul. ap. C. S. E. X. p. 245. 7.— Cassian. ibid. XVII., Inst. III. 2.— Sidon. ap. M. G. H. 8. p. 141. 25.— Avit. ibid. 6. p. 146. 26.— Cassiod. ibid 12. p. 307. 20.

INCONPETENTER.— (ἄπ. εἰρ.) 20. 17: illud, quod apud alios debemus facere, nobis inconpetenter ingerimus.— Cod. Theod. 16. 2. 44.— Cassiod. ap. M. G. H. 12. p. 51. 5.

INCUNCTANTER.—107. 7: igitur omnia, quae . . . petiit . . . incunctanter obtinuit.— Sulp. Sev. ap. C. S. E. I., Dial. I. 13. 7.— Oros. ibid. V., III., 2. 6.— Avit. ap. M. G. H. 6. p. 30. 10.

INDEMUTABILITER.— (ἄπ. εἰρ.) 196. 8: ego ut tarde amicos eligo, ita in his indemutabiliter persevero.— cf. Mar. Mercat. Refut. Theod. Symb. 12., ubi apud Migne edit. (P. L. 48, Paris, 1846) inde mutabiliter legitur, ut: "Deus hominem, inde mutabiliter caro factus, suscepit et gessit . . .": quae vero lectio, si mens Ecclesiae Romanae spectetur, haeresim sapit atque fidei quam defendit Mercator minime convenit. Indemutabiliter quidem sensu desideratur: agitur enim de duabus in Christo naturis, quarum unionem indemutabilem esse definivit Concil. Chalcedonense.[1]— cf. Cassiod. in Psl. VI. 17: "advertentes modum Incarnationis, videmus quia duae naturae per individuam unitatem inconfuse atque indemutabiliter invicem sibi conveniunt."

[1] cf. Conc. Chalcedon., Gener. IV. Decretum contr. Eutych., Denzinger, 134.

INDESINENTER.—107. 41: licet nos. . . . legatis indesinenter munera largiamur.—Oros. ap. C. S. E. V., Hist. VI. 16. 8.—Lucifer. ibid. XIV. p. 250. 8.—Cassian. ibid. XVII., Inst. I. 1. 5.

INDIFFERENTER.—241. 5: didicistis causam maeroris, indifferenter post deum date remedii.—Quint. Inst. 11. 3. 2.—Gell. 10. 24. 8.—Suet. Dom. 23.

INDUBITANTER.—92. 11: indubitanter coniciens.—Salvian. ap. C. S. E. VIII., de gub. Dei II. 5.—Opt. Milev. ibid. XXVI. p. 64. 13.—Cassiod. ap. M. G. 12. p. 19. 12.

INEFFICACITER.—130. 5: non inefficaciter funduntur lamenta peccantium.—Symm. ap. M. G. H. 6. epist. 6. 53.

INSOLABITER.—291. 6: insolabiter amantum ferretur absentia, nisi. . . . .—Cassian. ap. C. S. E. XIII., Conlat. VI. 10. 9.—Hor. epist. I. 14. 8.

IUGITER.—19. 16: . . . si iugiter permaneret.—Sedul. ap. C. S. E. X. p. 173. 10.—Caes. Arelat. Reg. ad. Monach. 26.

MEDICINALITER.—(ἅπ. εἰρ.) 316. 11: ut ipsi miserias meas medicinaliter curent.—Aug. Civ. Dei 5. 5. init.

MISERICORDITER.—103. 29: misericorditer postulat.—Salvian. ap. C. S. E. VIII. de gub. Dei I. 59.—Cassian. ibid. XVII., c. Nest. I. 5. 6.—Oros. ibid. V., Hist. II. 11. 9.—Eugipp. Vit. S. Sev. 19. 3.—Aug. Civ. Dei 3. 31.—Caes. Arel. Reg. ad Virg. 22.

MULTIPLICITER.—86. 22: qui multipliciter grati sunt.—Claud. Mamert. ap. C. S. E. XI. p. 188. 18.—Quint. Inst. 7. 4. 22.—Aul, Gell. 14. 1. 21.

NOBILITER.— 205. 21: vix paucos contigit degenerare nobiliter, cum familiae tuae debeas actus generis nobiliter custodire.— Sidon. ap. M, G. H. 8. p. 158. 18.—Plin. N. H. 23. 2.

PERENNITER.— 16. 8: ubi aer pluvius perenniter. . . . —Sidon. ap. M. G. H. 8. p. 116. 28.

PLENITER.— 191. 14: rogo . . . ut . . . exorare pleniter non omittas.

QUALITER.— 83. 27: rogo . . . ut ordinetis qualiter ab huiusmodi inquietudine relever.

REVERENTER.— 100. 2; suscepti reverenter.— Sedul. ap. C. S. E. X. p. 176. 14.— Avit. ap. M. G. H. 6. p. 21. 16.— Plin. epist. 3. 21. 5.

SINCERITER.— 221. 11: nec inprobis sinceriter obsecutus colla summittis.— Aul. Gell. 13. 17 (16) 1. — Aug. epist. 224. (3)

SPECIALITER.— 37. 28: perlatorem . . . ad vos specialiter destinatum . . . suscipite.— Lucif. ap. C. S. E. XIV. p. 26. 11.— Avit. ap. M. G. H. 6. p. 53. 13.

SUBLIMITER.— 115. 4: huic sufficiunt patroni preces, per quas merebitur institutis optimis imbutus degenerare sublimiter.— Vict. Vit. ap. C. S. E. VII., I. 51.— Paul. Nol. ibid. XXIX. p. 28. 25.

SUFFICIENTER.— 128. 28: haec si sufficienter valerem narrare, poteram sustinere.— Cassian. ap. C. S. E. XVII., Inst. V. I.— Avit. ap. M. G. H. 6. p. 92. 11. Vulg. Nah. 2. 12.

TALITER.— 13. 23: ne agendo taliter . . . damnum opinionis incurrat.— Salvian. ap. C. S. E. VIII., de gub. Dei V. 53.— Avit. ap. M. G. H. 6. p. 53. 6.

VELOCITER.— 204. 23: nimis velociter tempus

maturae laudis adripui.— Quint. Inst. 1. 1. 28.— Plin. N. H. 16. 90.

VENERANTER.— (ἅπ. εἰρ.) 82. 11 : salutans ergo veneranter et debite.— Sedul. Carm. V. 431.

VERACITER.—264. 10: numquid semper secretum pectoris innotescit veraciter clave sermonis? — Cassian. ap. C. S. E. XIII., Conl. I. 14. 3.— Aug. Civ. Dei 4. 4.— Avit. ap. M. G. H. 6. p. 17. 14.

VILITER.— (ἅπ. εἰρ.) 30. 14 (i. q. sine arte): quae viliter narrantur oblectant.— Apul. Flor. 1. 7. 3.

β. QUAE PRIMUM LEGUNTUR :

APUD ENNODIUM	APUD HIERONYMUM[1]
ambigenter	incontrovertabiliter
deficienter	infantiliter
incessabiliter	irreprensibiliter

II. DE ADVERBIIS -*E* DESINENTIBUS.

α. QUAE AB USU OPTIMORUM SCRIPTORUM RECEDUNT :

DEBITE.— (ἅπ. εἰρ.) 82. 11 : salutans ergo veneranter et debite.— Vict. Vit. ap. C. S. E. VII., II. 96.— Celer. ad Hormisd. ap. C. S. E. XXXV. p. 857. 8.— Prosp. De Voc. Gen. lib. II. c. 1.

DEVOTE.— (ἅπ. εἰρ.) 132. 6 : Deo devote famulantes.— Cypr. ap. C. S. E. ed. Htl. p. 513.

FLEXUOSE.— (ἅπ. εἰρ.) 87. 5 : flexuose serpens fluvius largitur in conpendio.— Plin. N. H. 18. 84.

INDEBITE.— 281. 20 : quod ille meruit mihi cessit indebite.— Cod. Theod. 9. 42. 19; 12. 1. 166.— Ambros. De Off. II. c. 17.

[1] cf. H. Goelzer, o. c. p. 15.

INSTANTISSIME.— 218. 20 : ut omnes sanctos orare pro me instantissime procuretis.— Aul. Gell. 4. 18. 7.— Lucif. ap. C. S. E. XIV. p. 251. 28.

MANIFESTE.— 53. 20 : cum manifeste . . . clamitem.— Apul. Met. VI. 120.— Cod. Theod. 12. 1. 2 ; 12. 6. 27.— Sulp. Sev. Chron. 2. 7. 5.

OPIME.— (ἅπ. εἰρ.) 196. 17 : opime texuistis.— Caes. Arelat. Homil. XI. circa fin.— Plaut. Bacch. 373.

PROVIDE.— (ἅπ. εἰρ.) 188. 29 : provide flagitium celat abiectio.— Plin. N. H. 10. 50.— Cassiod. ap. M. G. H. 12. p. 193. 34.

SUPERVACUE.— (ἅπ. εἰρ.) 322. 17 : idem enim est supervacue loqui quod necessarie non locutum . . . — Vulg. Psl. 24. 4 ; 34. 7.

VOTIVE.— (ἅπ. εἰρ.) 14. 13 : aestimo votive cessisse.— Sedul. ap. C. S. E. X. p. 262. 15.— Hormisd. ibid. XXXV. p. 690. 21.

β. QUAE PRIMUM LEGUNTUR :

APUD ENNODIUM	APUD HIERONYMUM[1]
	ardue
	chaldaice
	commatice
	constricte
	cooperte
	dispensative
	frivole
	furibunde
	hyperbolice
	lubrice
	neglecte
	synecdochice
	tenebrose
	tropologice

[1] cf. H. Goelzer, op. cit. p. 15.

III. DE ADVERBIIS -*TIM* (-*SIM*) DESINENTIBUS.

α. QUAE AB USU OPTIMORUM SCRIPTORUM RECEDUNT:

EFFLICTIM.— (ἅπ. εἰρ.) 200. 2 : nisi te efflictim diligerem . . . — Plaut. Amph. 1. 3. 19.

EXCERPTIM.— (ἅπ. εἰρ.) 108. 38 : triginta in hac sacerdotali, qualem etsi excerptim lector adtendis scalptam, conversatione exemit.— cf. Woelff. Arch. f. Lat. Lex. VII. p. 489.

SPECIATIM.— 134. 7 : quam (sc. tranquillitatem) ideo speciatim conmemoro.— Claud. Mamert. ap. C. S. E. XI. p. 44. 22.— Gelas. ibid. XXXV. p. 404. 24.— Symm. ap. M. G. H. 6. p. 60. 22.

β. QUAE PRIMUM LEGUNTUR:

APUD ENNODIUM	APUD HIERONYNUM[1]
excerptim	sacratim

IV. DE ADVERBIIS -*TUS*, -*O* DESINENTIBUS.

α. QUAE AB USU OPTIMORUM SCRIPTORUM RECEDUNT :

CAELITUS.— 71. 37 : quando caelitus multiplici ad requiem invitamur hortatu.— Sedul. ap. C. S. E. X. p. 195. 16.— Cod. Theod. 6. 30. 23.— Avit. ap. M. G. H. 6. p. 67. 10.

MEDULLITUS.— 108. 16 : qui se medullitus inserens in ruinam publicam saeviebat.— Sidon. ap. M. G. H. 8. p. 134. 5.— Claud. mamert. ap. C. S. E. XI. p. 176. 17.

PRIMITUS.— 59. 30 : quomodo de causa vel quali-

[1] cf. H. Goelzer, op. cit. p. 15.

tate eius primitus tractabatis. . . . ?— Aul. Gell. 1. 18. 1.— Cod. Theod. 10. 22. 6.

PROPERATO.— (ἅπ. εἰρ.) 241. 3: properato litteris nuntiate.— Tac. Ann. 13. 1.

SIMULATO.— (ἅπ. εἰρ.) 53. 37: simulato ferunt persecutionem se debere criminibus.— Lampr. Vit. Heliog. 25. 4.

V. DE ADVERBIIS COMPOSITIS.

a. QUAE AB USU OPTIMORUM SCRIPTORUM RECEDUNT:

AD INSTAR.— 30. 13: ad instar pastoralis fistulae. . . . — cf. Woelff. Arch. f. Lat. Lex. II. p. 581 sq.

ALIQUATENUS.— 1. 21: aliquatenus pro mea mediocritate bona dicturus. . . . — Tert. De Pudic. I.— Lac. Div. Inst. I. 9. 7.— Avit. ap. M. G. H. 6. p. 46. 21.

E DIVERSO.— 94. 8: e diverso nepos, ne in usum praesumptio malesuada duceretur, districtius cuperet. . . . — cf. 171. 7.— Suet. Caes. 86.— Symm. ap. M. G. H. 6. p. 294. 6. p. 294. 6.— Cod. Theod. 1. 2. 8.

INPRAESENTIARUM.— 71. 12: sed mihi inpraesentiarum supersedendum est huiusmodi scriptione.

NULLATENUS.— 168. 10: ut gemino defensa propugnaculo nullatenus facinorum crederetur ictibus subiacere. . . . — Cod. Theod. 11. 36. 30.— Vict. Vit. ap. C. S. E. VII., I. 22.—Simplic. Pap. ibid. XXXV., p. 154. 6.—Sidon. ap. M. G. H. 8. p. 233. 1.— Avit. ibid. 6. p. 114. 12.

SUMMOTENUS.— 87. 3: unum eius opusculum summotenus libet adtingere.—cf. 206. 31: unam certaminis tui lineam summotenus libet adtingere.— cf. 303. 4: libet. . . . summotenus adtingere.— Sidon. ap. M. G. H. 8. p. 61. 19.

CAPUT QUINTUM.

DE VOCABULIS EX LINGUA GRAECA PETITIS.

I. NOMINA.

a. QUAE AB USU OPTIMORUM SCRIPTORUM RECEDUNT:

AGON.— 3. 36: curro per singula strictim referendo, quibus opus est longa narratio, ad agonem vitae tuae.—Suet. Ner. 22.

ANAGNOSTICUM.—i. q. epistula, scriptum, 11. 2: anagnostici fidem secutus et suadae orationis sapore provocatus.— cf. 274. 15.— Cassiod. ap. M. G. H. 12., S. p. 425. 1.—Greg. Mag. epist. 9. 122.

APOCALYPSIS.— 71. 26: quae (sc. propositio) iuxta apocalypsim scriptas habet in fronte blasphemias.— Aug. Civ. Dei 20. 7. 4.

APOSTROPHA.—51. 38: conserentes quasi ad sacerdotes apostropham.— Quint. Inst. 4. 1. 69.— Mart. Cap. 5. 523.— Not. Tir. 48. 62. a.

ARCHIATRUS.—52. 1: prohibetis archiatrum eius corpori adferre medicinam? — Ambros. epist. 5. 8.— Aug. Civ. Dei 3. 17.

ARCHIDIACONUS.— 88. 27: fuit Silvester archidiaconus ea tempestate.— Sidon. epist. 4. 25. 4.— Sulp. Sev. Dialog. 2. 1. 5.

AROMA.—90. 10: nisi quod aromatibus condiretur.

BAPTISMA.— 110. 29: redemptor enim proprio aquas dedicavit baptismate.

BAPTISMUS.— 66. 35: post gratiam baptismi.— Vulg. Marc. 11. 30.

BAPTISTERIUM.—134., carm., 2. 20. ap. tit.: versus in baptisterio. . . . factos.— Plin. epist. 5. 6. 25.— Caes. Arelat. Recapit. Reg. ad. Virg. c. 19.—Gest. de nom. Acac. ap. C. S. E. XXXV. p. 445. 14.

BLASPHEMIA.—71. 26: scriptas habet in fronte blasphemias.—Vulg. Isa. 51. 7.—Id. Matt. 26. 65.

BRAVIUM.—103. 33: in qua conflictatione sic bravium victor accipiet.— Lucifer. ap. C. S. E. XIV., p. 286. 30.— Priscill. ibid. XVIII., p. 143. 9.—Ambros. epist. VII. 11 (779).

CALATHUS.— 119. 16: ecce iam ex hiemali pectore et corde algido dictionum flosculi vernant et ridentia verborum germina depingunt calathos exhibentes.

CANON.— 4. 16: tibi ergo debetur venerabilium custodia canonum.

CATARRHUS.— 108. 16: coagulatus in vitalibus umor. . . . quem catarrhum medici vocant.

CATHEDRA.— 103. 8: episcopalem cathedram possidebat.— Juven. Sat. 1. 65.

CAUCUS.— 136, carm. 2. 25, ap. tit: versus de cauco cuiusdam habente Pasiphae et Taurum.— cf. 137. carm., 2. 29, ap. tit.— cf. Rosweyd. Vit. Patr., Onomasticon (Migne 74) s. v.: "Poculi genus esse colligitur ex variis locis."— Marcell. De Medicinam. 25. 45.— Epist. Valerian. ap. Trebell. Poll., Div. Claud. 14.— Gloss. Philox. καῦκος, ὁ, Byz.

CHELYDRI.—207. 4: neminem contigit chelydros videre quam exitium.—Venan Fort. Vit. Mart. III. 97.

CHIROGRAPHUM.— 231. 27: . . . indictionis illius emisso chirographo.—Ambros. De Off. I. c. 32.—Caes. Arelat. Homil. III. d.—Cassiod. ap. M. G. 12. p. 126. 16.

CLERICUS.— 9. 14: clericorum certe exercitatissimus maledictor.—Caes. Arelat. Reg. ad. Virg. 36.

CLERUS—20. 12: sacerdotis nostri vel totius cleri.—cf. 110. 37.

DAEMON.— 97. 15: summa daemonum turba de obsessis coeperunt clamare corporibus.—Commod. ap. C. S. E. XV. Carm. Apolog. 683.

DAEMONIUM.—121. 27: res caelo debitas daemoniis obtulerunt.—Sedul. ap. C. S. E. X. p. 261. 3.

DIACONUS.— 234, 6: Ennodius Helpidio diacono.

DOGMA.—92. 4: catholicae fidei dogma.

ECCLESIA.— 183. 12: utilitates sanctae Romanae ecclesiae.

ELEEMOSYNA.— 93. 38: sacerdos venerabilis incedebat eleemosynis sine retractatione operam dans.—Lucifer. ap. C. S. E. XIX. p. 145. 13.

EPISCOPUS.— 87. 32: . . . . qualem futuris temporibus praepararet episcopum.

EPITHALAMIUM.— 276. carm. 1. 4. ap. tit.: epithalamium dictum Maximo v. s.

EVANGELIUM.— 50. 10: dicente deo in evangeliis.—Lact. Div. Inst. IV. 21. 1.

HEREMUS.— 112. 16: leaenae catulos tutis silvarum aut heremi commendant penetralibus.

HOLOCAUSTUM.— 19. 1: in holocaustis mysticis.

HYMNUS.— 41. 3: quippe cum etiam in obsequiis caelestibus hymnos deceat adhiberi.—Lact. Div. Inst. VI. 25. 7.

HYPOCRITA.— 58. 20: in negotio praesenti et platearum quarum estis hypocritae exempla proponentes.—Vulg. Job. 8. 3.—Id. Matt. 6. 2.

IDOLUM.— 63. 19: Romam respicite, quam ab idolorum servitute. . . . liberam.— Opt. Milev. ap. C. S. E. XXVI. p. 115. 10.—Lact. Mort. Pers. c. 2. 6.

LEVITA.—86. 34, i. q. diaconus: in quo (sc. anno) in secundo a levitis numero dedicatus.— Ambros. De Off. I. c. 41.— Caes. Arelat. epist. I. circa fin.

MARTYR.— 61. 19: martyris fides et devotio.

MONACHUS.— 188. 21: monachi in universis inplet officium.— Sidon. ap. M. G. H. 8. p. 19. 4.

OSTOMACHIUM.[1]— 249, carm. 2, 133 ap. tit.: de ostomachio eburneo.— cf. Auson. ap. M. G. H. 5. p. 140. 26: "... post dactylum atque semipedem quidquid restat hexametro, simile ut dicas ludicro, quod Graeci ὀστομάχιον vocavere."

PANEGYRICUS.— 203. 2 ap. tit.: panegyricus dictus . . . regi Theoderico.— Quint. Inst. 2. 10. 11.

PANTOMINUS.— 314. 32: pantominorum vix ignoscenda commemoratio.— Suet. Aug. 45.— Sen. epist. 95. 56.

PAPYRUS.— 11. 33: Josiam, ut narrat historia, subrepta papyrus instruxit.

PATRIARCHA.— 11. 16: patriarcharum me imitatione defenderem.

PENTECOSTE.— 251, carm. 1. 13 ap. tit.: hymnus de Pentecoste.— Vulg. II. Macc. 12. 32.

PHALANGES.— 106. 15: tantae liberatorum phalanges remissae sunt.

PITTACIUM.— 105. 38: per cuius manus pittacia

[1] Stomacio B, Stomacho ceteri codices.

ad clusuras iussio sacerdotis elicuit.—cf. Cassiod. (recens. Mommsen) ap. M. G. H. 12. pp. 24. 11; 97. 21; 376. 26; S. 403. 29.

PRESBYTER.—88. 28: fuit vir insignissimus Bonosus presbyter.

PSALMUS.—94. 28: praeter psalmorum continuationem.

PYRA.—101. 24: ubi caminis. . . . fidei pyra succenditur.

RACANAE.—305. 10: laenam et racanas cuius vos volueritis coloris, rubei aut fusci, mihi. . . . dirigite.—Sirmondius a Rosweydio (Vit. Patr., Onomast. s. v.) citatus ita exponit: "Racanae quod genus vestimenti fuerit, non liquet: ad calceamenta referendae videntur, ut et ragae et tzangae. cf. L. III. Cod. Theod. . . . . "—Rosweydius vero: "Dubito an hae ragae ad racanas spectent.—Potius existimem racana distortum a Graeco *ράκη*,[1] quod vile vestimentum, ut etiam hic de racana intelligitur; nam iungitur apud Ennod. cum laena, quod abiecta vestis."—cf. Rosweyd. Vit. Patr., Onomast. s. v.—cf. Racanella prolat. ab Oth. Schlutter, ap. Woelff. Arch. f. Lat. Lex. XI. p. 427, desumpt. ex Vit. S. Joannis Eleem. cap. 20 (Migne 73, 356).

SCANDALUM (i. q. rixa, diceptatio).—87. 11: nam processu sermonis et scandali ipse Burco. . . . summum facinus sine aliquo timore commisit.—cf. 90. 26.

SCHISMA.—323. 26: ad mortifera schismatum venena redeunti.

SPATHA.—249, carm. 2, 131 ap. tit.: De Spatha

[1] cf. Hesychium, s. v.: *ράκη. ἀποσκορακίσματα καὶ ἀποσπάσματα ἐμάτια.*

in fuste.—cf. 249, carm. 2, 132 ap. tit.— Cassiod. ap. M. G. H. 12. p. 143. 2.

STEMMA.— 92. 26: in familiae stemma copulavimus.

SYLLOGISMUS.— 63. 8: syllogismos a me sermonum et schemata non quaeratis. Aul. Gell. 2. 8. 7.— Caes. Arelat. epist. II. circa fin.

SYNODUS.— 52. 30: ipsum (sc. papam) debuisse synodum convocare.

TECHNA (i. q. fraus, dolus).— 17. 1: novit dominus. . . . totius me esse technae huius ignarum.

THEMA.—14. 10: necesse enim est exilitatem thematis narrantis opibus ampliari.— Quint. Inst. 4. 2. 28.— Suet. Aug. 94. fin.

TRIBULUS.— 130. 9: ecce iam lolium nostrum spinae vel tribuli hordea triticum vineas pollicentur.— Vulg. Gen. 3. 18.

II. ADIECTIVA.

a. QUAE AB USU OPTIMORUM SCRIPTORUM RECEDUNT:

ASCENUS.— 306. 13: scitis pro ascenis a quo veniat retributio, si iuventur.—cf. Thesaur, Ling. Lat. s. v.—cf. Vogel, ap. Woelff. Arch. f. Lat. Lex. I. p. 269.

ANGELICUS.—57. 20: cui elationum copiae opes angelicas sustulerunt.— Opt. Milev. ap. C. S. E. XXVI. p. 54. 5.— Vulg. Judith. 13. 6.

APOSTOLICUS.— 66. 18: dominici et apostolici sanguinis effusio.

ARITHMETICUS.— 314. 11: poetica, iuris peritia, dialecta, arithmetica.

AULICUS.— 198. 28: nec ita aulicis deputatus premebatur excubiis, ut. . . . Suet. Ner. 45.

BARBARICUS.— 96. 27: status civitatis, quem multitudo barbarica succidebat.

BLASPHEMUS.—323. 13: patienter ferre non possumus vana in Christum nostrum et blasphema ructantes.

CATHOLICUS.— 59. 40: sine ritu catholico.—Symm. ap. M. G. H. 6. p. 295. 15.

DAEDALUS.— 234. 30: maerorem . . . quem scriptione tua nimis daedala arte geminasti.

DIABOLICUS.— 10. 35: ut. . . . . diabolica cum securitate vota mentiantur.

DIDASCALICUS.— 57. 9: et illas didascalici libelli vestri religamus argutias.

ECCLESIASTICUS.— 60. 8: concilia sacerdotum ecclesiasticis legibus quotannis decreta per provincias. — Opt. Milev. ap. C. S. E. XXVI. p. 56. 12.

EVANGELICUS.— 10. 2: evangelicis tali facto obsecutus oraculis fructum.— Opt. Milev. ap. C. S. E. XXVI., p. 169. 5.

